quia demones[p], iste optimus est quia Christus, ***ascendemtem*** ⌜[q]id est procedentem[q]⌝, ***ab ortu solis***, ⌜[r]id est a Patre[r]⌝ sicut lux de sole, ***habentem signum Dei vivi***, ⌜[s]id est[s]⌝ signum crucis Christi quia sicut quinque wlnera[t] Christi sunt signa mortis preterite, sic[u] modo credentibus sunt signa resurreccionis[v] et vite eterne[w], ***et clamavit***[x] ***clamantem voce magna***, quia tam auctoritate divina quam humana imperat demonibus, ipsos in ipsa ⌜[z]carnis[y] infirmitate[z]⌝ superans in passione et in militibus suis evangelicis. ⌜[a]Sic ergo audivi eum clamantem voce magna[a]⌝ ***quatuor angelis***,[b] supra dictis et in[c] illis[d] cunctis aliis, ***quibus datum est*** |*B 158rb*| id est permissum[e] a Deo, ***nocere terre*** id est terrenis, ***et mari***[f], id est delectantibus se[g] in voluptatibus huius[h] mundi que amare sunt[i] spiritualibus, quantumcumque carnalibus sunt[j] dulces, ***(Rv 7:3) dicens: Nolite nocere terre et mari neque arboribus***, ⌜[a]id est alicui generi hominum sive spiritualibus peccatis sive carnalibus irretitis[a]⌝[b]; ***quoadusque signemus***[c] ***servos Dei nostri*** ⌜[d]quia humanitas in Christo sue divinitati ut servus[e] est subiecta[d]⌝, ***in frontibus suis***, ut quod credunt corde, ore profiteantur et opere. Unde facile iam in ista persecucione Antichristi patet qui fideles Christi et qui infideles[f] sunt tenendi[g]; soli illi fideles Christi[h] sunt qui doctrinam ewangelicam iuxta porcionem status[i] ⌜[j]sui quam[j]⌝ corde credunt, opere inplent[k] et eam publice confiteri propter timorem Antichristi non dimittunt. Omnes[l] illi ⌜[m]infideles sunt[m]⌝ qui quamvis corde credant[n] ewangelio, factis tamen[o] negant; aut cum oporteat[p] examinati[q] ab Antichristo aut[r] aliquo vicariorum suorum cuiusmodi sunt omnes abusionibus Pape[s], heresibus et blasphemiis[t] faventes, contra conscienciam suam et doctrinam ewangelicam ⌜[v]sibi[u] parent[v]⌝[x]. ***(Rv 7:4) Et audivi numerum signatorum centum quadraginta quatuor***[a] ***milia***[b] ⌜[d]***ex omni tribu filiorum***[c] ***Israel***, centum, inquit Glosa[d]⌝ id est perfecti, milia id est perfecciores, quadraginta[e] id est penitentes, quatuor[f] ex omni parte mundi congregati, ***ex omni tribu filiorum Israel***, id est ex omnibus gentibus fidem Iacob imitantibus quia ex omni parte mundi numerus salvandorum est electus[g]; ***(Rv 7:5) ex tribu Iuda XII milia signati***, ⌜[b]id est confitentes[a] ore et opere quod credunt, ⌜[c]in corde habent in se[c]⌝ signa manifesta sue salutis[b]⌝; ⌜[f]et ipsi sunt[d] XII[e] milia[f]⌝, |*B 158va*| id est de omni parte mundi ad fidem Trinitatis vocati[g], et sic singula[h] exponenda[i] sunt, ⌜[j]quasi diceret[j]⌝ ⌜[k]qui habent virtutes per hec nomina signatas[k]⌝ salvabuntur. Et sic ⌜[l]per signatos[l]⌝ in istis XII tribubus[m] intelligitur totus numerus electorum. Iudas[n] ergo interpretatur confessio qui ideo primus ponitur quia nisi per confessionem renunciemus malis actibus, rectis non informamur. ***Ex tribu Ruben duodecim milia signati***. Ruben[o] interpretatur videns in medio, sic autem est quod in actu peccati sunt sensualitas, inferior pars rationis et superior, sensualitas offert delectationem[p] inferiori parti. Inferior pars superiorem ad consensum trahit. In hoc ergo medio debet penitens respicere[q] post confessionem ⌜[r]ne pars[r]⌝ inferior apprehendat[s] aliquid quod ipsam trahat ⌜[t]ad peccati consensum[t]⌝. In hoc medio respiciendum est per[u] contritionem ut primo sit Iudas per confessionem, postea[v] Ruben per contricionem. ***Ex tribu Gad***[w] ***duodecim milia signati***. Gad[x] interpretatur accinctus in quo notatur quod postquam confessus est et contritus, debet accingi ad bene operandum ut satisfaciat, et contra tentationes ne cadat, Genesis 49[y] *Gad accinctus preliabitur*. Et Lucae 12[z] *Sint lumbi vestri precincti*[a]: in confessione, contritione et satisfactione. In istis ergo tribus describitur status proficentium. ***(Rv 7:6) Ex tribu Aser***[a] ***duodecim milia signati***. Aser interpretatur beatus, quod bene convenit proficienti qui custodivit[b] mandata et intendit operibus bonis, Luce 11[c] *Beati qui audiunt verbum Dei* ⌜[d]*et custodiunt illud*[d]⌝. ***Ex tribu Neptalim duodecim milia signati***. Neptalim interpretatur latitudo per quod significatur latitudo charitatis[e] quam habent proficientes in operibus misericordiae et custodia[f] mandatorum. Psa. 118[g] *latum mandatum tuum nimis*, quia extenditur usque ad inimicos, Luce 6[h]. ***Ex tribu Manasse duodecim milia signati***. Manasses[i] interpretatur oblitus[j] vel necessitas quod convenit proficienti; cum enim mandata servaverit et charitate dilatatus fuerit, que retro sunt obliviscitur ⌜[l]et in[k] anteriora se extendit[l]⌝.

⌜[n]Philipp 3[m] *Conversatio nostra est in celis*, etc. Et sequitur[n]⌝ necessitas[o] quia ⌜[p]carnis curam[p]⌝ non facit in desyderiis[q], sed in sola necessitate humane conditionis. ⌜[r]In hiis ergo tribus[r]⌝ significatur status proficentium ad quem requiruntur tria: exercitatio virtutum[s] per Aser, dilatatio charitatis per Neptalim, contemptus terrenorum per Manassen. Deinde ⌜[t]describit statum perfectorum dicens[t]⌝: Ex tribu Symeon[u]: ***(Rv 7:7) Ex tribu Symeon duodecim mila[a] signati***. Symeon interpretatur audiens merorem quod convenit perfectis quibus est duplex tristitia, una pro incolatu ⌜[b]presentis vite[b]⌝, altera pro dilatione[c] patrie[d]. ***Ex tribu Levi duodecim milia signati***. Levi interpertatur additus, perfecti autem implent consilia quae sunt addita super precepta. ***Ex tribu Isachar[e] duodecim milia signati***. Isachar interpretatur merces quae convenit perfectis scilicet pregustare dulcedinem divinae bonitatis, unde Ieremias 31[f] ait[g], *Quiescat vox tua a ploratu et oculi tui a lachrymis[h] quia est merces operi tuo*. Ex his[i] ergo tribus exprimitur status perfectorum qui debent merere[j], consilia adimplere et ad mercedem tendere. Consequenter ⌜[k]status describitur[k]⌝ perseverancium cum dicitur[l]. ***Ex tribu Zabulon duodecim milia signati***. Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis quod fit per victoriam vitiorum quam sola obtinet perseverancia, Hebreorum Undecimo[m] *Convaluerunt de infirmitate[no]*. ***Ex tribu Ioseph duodecim milia signati***. Ioseph interpretatur augmentum per quod etiam perseverantes intelliguntur qui talentum acceptum cum ⌜[p]augmento referunt[p]⌝, Matt. 25[q] *Ecce alia quinque[r] superlucratus sum*. ***Ex tribu Beniamin[s] duodecim milia signati***. Beniamin[t] interpretatur filius dextre quod solum perseverantibus convenit qui in dextra Dei id est in beatitudine collocabuntur. ⌜[u]In his[u]⌝ ergo tribus significatur status perseverantium. Sunt enim tales Zabulon per victoriam viciorum, Ioseph per augmentum meritorum, Beniamin per adopcionem[v] premiorum. ⌜[w]Et hoc est quod dicit *Glosa Bede* super textu qui sequitur ***(Rv 7:8) Post hec vidi turbam magnam*** etc.[a], cum, inquit, *secundum figuram scilicet ymaginarie visionis designandos[b] sub certo numero vidisset et tantummodo denominatis filiis Israel nunc aperte[c] docet quod per illum numerum universi fideles et per XII tribus accipiendi sunt omnes gentes*. Et sicut consequenter habetur in textu quod omnes beati regraciantur Deo quod tam graciose ⌜[d]suos electos[d]⌝ finaliter preservat[e] a persecucione Antichristi; ita maxima consolacio est nobis per eum afflictis quod Deus tot habet fideles servos ignotos[f] in vera fide ecclesie manentes, iugiter dimicantes contra Antichristum orando, predicando, scribendo quamvis nobis[g] paucissimi tales videantur[h]. Et finaliter ostensum est Iohanni quo ad sigillum istud quod afflictis ab[i] Antichristo quia resistunt abusionibus suis debetur certum premium et singulare ultra alios fideles iam existentes; et est brevis sentencia textus ab illo loco: *et vidi alterum angelum*, usque ad ultimum sigillum Iohanni reseratum[w]⌝.

[Questio] Sed[j] queritur[k] quare tribus Ephraim[l] non ponitur hic neque[m] tribus Dan? ⌜[n]Respondetur quia de Ephraim natus est Gerobeam qui filius Israel[n]⌝ primus ⌜[o]ad idolatriam[o]⌝ traxit ⌜[p]3 Regum 12[p]⌝. Sed queritur quare tribus Dan non numeratur inter alias. ⌜[q]Respondetur in *Glosa* dupliciter: primo[q]⌝, quia[r] ex genere Dan nascetur[s] Antichristus, ⌜[t]ideo hic pretermittitur[t]⌝, ut ex omni numero sanctorum ostendatur Antichristus eiciendus; sed non est hoc[u] accipiendum[v] ⌜[w]sicut sonat[w]⌝ prima facie ⌜[x]ad literam[x]⌝ quod de tribu Dan nascatur Antichristus, quia[y] ex superioribus patet quod sensus misticus utrobique intelligendus est[z] in isto[a] libro ⌜[c]et hoc planius infra patebit cum ad Enoch et Eliam[b] veniemus[c]⌝. ⌜[d]Unde Ieronimus in *Prologo Magno* dicit quod liber iste |*B 158vb*| *quot habet verba tot habet sacramenta*, et propterea est dicendum quod Dan iudicium interpretatur; et quia ⌜[e]curia Pape[e]⌝ est meta[f] omnium litigiorum[g] ecclesie quorum omnium ipse iudex ⌜[i]creatur[h] principalis a quibusmodi eo magis caveret[i]⌝ quo se[j] pre ceteris praelatis reputat apostolicum, ideo[k] ⌜[l]ipse qui[l]⌝ et apostaticus et Antichristus recte de tribu Dan ⌜[m]dicitur natus[m]⌝; ⌜[n]vel: per Dan qui transiliens iudicium interpretatur, ⌜[o]secundum *Glosam* intelligitur[o]⌝ populus gentilis qui ydolorum oblitus in veritate natus

est, Christo nato[p], in sexta etate[q]⸣; ⸢[q]sed iuxta tres interpretaciones huius nominis Dan ad sensum literе non superficiem inspicienti patet quod solus Papa inter prelatos de tribu Dan sit natus[n]⸣. Dan enim causa, iudicium et transiliens[r] iudicium interpretatur[s]; omnis enim causa litigiosa ⸢[t]iuris canonici a solo Papa ortum habet[t]⸣ ⸢[u]et auctoritatem[u]⸣, eius[v] curia est meta iudicialis omnium litigiorum ecclesiasticorum et ipse iudicium omnium aliorum tanta superbia transcendit quod quicquid dixerit aut fecerit[x] iudiciiis subici dedignatur[y] quantumcumque discretorum[z] in quo se Antichristum prodit expressivum[a], cum Christus dicta sua an catholica essent examinacioni comisit[b] aliorum[c]; *si autem non*[d] *annuccio*, inquit, *vobis*[e] *opera Patris mei nolite mihi credere*, ergo Papa hoc renuens *extollitur super omne quod dicitur Deus* que est condicio soli Antichristo appropriata ex Apostolo 2e Thesalonicenses[f] 2o[q]⸣[g]. ***(Rv 7:9) Post hec vidi turbam magnam***[a], id est omnium fidelium congregacionem que in re magna dicitur sed parva in[b] comparacione ad reprobos, ⸢[c]***quam nemo dinumerare poterat***[c]⸣, scilicet purus homo ⸢[d]vel unus[d]⸣ Deus autem potest eam[e] numerare[f] Psalm[g], *Dinumerabo eos*,[h] ***ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis***, hoc dicit ne aliquis crederet ⸢[i]quod non[i]⸣ essent aliqui signati nisi de Iudeis; ***stantes ante thronum***, id est ante regiam ⸢[j]potestatem et[j]⸣ dignitatem divine maiestatis, ***et in conspectu agni***, id est Christi quasi parati ad obediendum, ***amicti stolis albis***, scilicet ⸢[k]anime et corporis[k]⸣, ***et palme in manibus eorum***, id est manifestacio victoriarum habitarum de hostibus. ***(Rv 7:10) Et clamabant voce magna dicentes***, id est magno desiderio[a], ***salus***, quam habemus in anima et[b] corpore, ***Deo nostro*** scilicet attribuenda est, ***qui sedet super thronum***[c], id est qui regnat in nobis, ***et agno***, id est ⸢[d]Christo homini[d]⸣ et non excluditur Spiritus Sanctus, nam ubi Pater et Filius nominatur, Spiritus Sanctus quoque[e] intelligitur, ⸢[g]simile[f] Ioannis 17[g]⸣ *Hec est vita eterna ut* ⸢[h]*cognoscant te solum verum Deum et quem misisti Iesum Christum*[h]⸣. ***(Rv 7:11) Et omnes angeli stabant***, scilicet[a] parati ad obediendum, prompti ⸢[b]ad iuvandum[b]⸣, strenui ad protegendum, voluntarii ad signatos recipiendum, festini ad introducendum, leti de consorcio signatorum, ⸢[c]vel etiam[c]⸣ hic ponitur congratulatio angelorum confirmantium laudem hominum[d], ***in circuitu throni***, id est ecclesie eam protegendo et defendendo a demonum impugnacionibus, ***et seniorum*** id est doctorum ad muniendum, ***et quatuor animalium***, id est praedicatorum ad revelandum eis mysteria[e] et docendum utilia[f] mundandum eorum[g] labia. ***Et ceciderunt in conspectu throni***, id est humiliaverunt se in conspectu Christi sedentis in throno, ***in facies suas***:[h] notatur discrecio; qui enim cadit in faciem, novit[i] quo cadit, sed qui cadit retro, nescit quo ruit[j], unde idem est ac si dicatur, sapienter se humiliaverunt[k], ***et adoraverunt Deum***, id est adoracionem que Deo debetur exhibuerunt Christo. I[l] *Adorent*[m] *eum omnes angeli eius*, ***(Rv 7:12) dicentes***: ***Amen***,[a] confirmantes laudacionem signatorum, quasi dicerent angeli ad homines signatos: verum est quod dicitis, et nos consentimus et ⸢[b]approbamus et congratulamur[b]⸣. ⸢[c]Consequenter subditur[c]⸣ de laude angelorum[d]: ***Benedictio***, id est nostra exaltatio quam super omnem creaturam habemus, ***et claritas***, id est impassibilitas[e] perspicacitas qua[f] clare Deum videmus, ***et***[g] ***sapientia***,[h] quam dedit nobis[i] ut malis resistere sciremus, ***et gratiarum actio***, pro naturalibus bonis, ***honor*** quia aliis cadentibus praeeligimus servire Deo, ***et virtus*** id est potestas[j] in resistendo, ***et fortitudo*** id est graciae confirmacio, ***Deo nostro***, scilicet attribuuntur, quasi dicerent: non nobis, sed Deo nostro, non ad tempus sed ***in secula seculorum, Amen***, id est in eternum, in quo innuitur laudis continuatio Isaiae 61[k] *Tota die et nocte non cessabunt*[l] *laudare nomen Domini*. ***(Rv 7:13) Et respondit*** id est desiderio meo satisfecit, ***unus de senioribus***, id est universitas omnium predicatorum *Veteris* et *Novi Testamenti* qui unum senciunt ⸢[a]et idem[a]⸣ docent, ***et dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt?*** Quantum ad statum felicitatis, ***et unde venerunt***? quantum ad statum miserie seculi, quasi diceret: attende in quo statu sunt et a quo venerunt, quia de miseria ad gloriam, de carcere ad regnum, de vinculis ad libertatem; ***(Rv 7:14) et dixi illi***: ***Domine***

***mi, tu scis***, quasi diceret, ego nescio. ***Et dixit mihi***: ***hi sunt qui venerunt***, Haymo dicit: Quod li venerunt, accipitur hic pro presenti, preterito et futuro id est qui ⌜[a]venerunt, veniunt[a]⌝ venient, ⌜[b]***ex magna tribulatione***[b]⌝ id est de adversitatibus huius mundi in quo sunt ⌜[c]*multe tribulaciones iustorum* ut Psalm 33 dicit[c]⌝, ***et laverunt stolas suas*** id est mundaverunt animas et corpora a sordibus viciorum, ***et dealbaverunt eas***, id est cum albe essent per innocentiam vel pacienciam, magis albas fecerunt, ***in sanguine agni***, id est in ⌜[d]fide et imitacione[d]⌝ passionis Christi. Sed quomodo dicit ***dealbaverunt*** cum sanguis non est[e] albus sed rubeus? Respondeo[f]. Hoc[g] dicit quia[h] sanguis per multam decocionem fit lac sicut patet in naturali generacione lactis, et ideo quia sanguis Christi maxime fuit decoctus igne passionis,[i] ideo dicitur habere naturam lactis, cuius est albificare. ***(Rv 7:15) Ideo***[a], scilicet[b] quia venerunt ex magna tribulatione, et sic patet quod tribulacio est ⌜[c]via ad gloriam[c]⌝, ***sunt ante thronum Dei***, id est indesinenter eius visione perfruuntur, ***et serviunt ei***, laudando et gracias agendo, ***die ac nocte***, id est continue, in ***templo eius***, id est in ecclesia triumphante. ***Et qui sedet in throno***, id est divinitas Filii quae sedet in humanitate, sicut in throno, ***habitabit***[d] ***super illos***, protegens, gubernans et bona sua eis communicans, vel thronus dicitur ecclesia in qua Deus sedet. ***(Rv 7:16) Non esurient***,[a] satiati pane vino, Ioannis 6[b] *Ego sum panis vivus*[c], ***neque***[d] ***sicient***[e] ***amplius***, scilicet[f] fonte vite potati, Ioan. Quarto[g] *Qui biberit ex*[h] *aqua quam ego dabo non siciet in eternum*, sed contra Ecclesiasti. 24[i] *Qui edunt*[j] *me adhuc esurient*, etc.[k] Responsio. Duo sunt in esuriente, defectus et desiderium, defectus tollitur[l], desiderium manebit ut[m] excludatur fastidium. Et ita sancti semper reficientur ⌜[n]et saciabuntur[n]⌝ et nunquam fastidient. Esuries, ⌜[o]ergo sumitur hic, pro desiderio et affectu qui manebit 1 Petri 1[p] *In quem*[q] *desiderant angeli*[r] *prospicere*[s][o]⌝[t], ***neque cadet super illos sol***, id est maior tribulatio, ***neque***[u] ***ullus estus***, quia neque corporalis neque spiritualis neque eternus neque[v] temporalis,[w] Psalmus *Per diem sol non uret te neque luna per noctem*, ***(Rv 7:17) quoniam agnus qui in medio throni est***, id est in medio sanctorum qui sunt ⌜[a]thronus eius[a]⌝, ***reget illos***[b], id est voluntates eorum ⌜[c]ita disponet ut[c]⌝ nihil velle possint nisi quod Deus vult[d], ***et deducet eos***, de seipso ad seipsum, id est de se homine ad se Deum, ⌜[e]***ad vivos***[e]⌝ ***fontes aquarum*** id est ad contemplandam sanctae Trinitatis maiestatem quae est ⌜[f]fons unus[f]⌝ propter unitatem naturae sed plures propter Trinitatem personarum et numerositatem gratiarum; ***et absterget Deus omnem lachrymam***[g] ***ab oculis eorum***, id est omnem dolorem[h] et tristitie causam. Bernhardus: *Felix lachrima quam pia manus conditoris absterget*. Et bene dicit: ***omnem lachrimam*** quia sicut dicit Haymo: *Varie sunt electorum lachrime quoniam alius propterea plangit quia malum egit, alius quia bonum non fecit, alius quia dura correccionis flagella sustinet, alius quia viciis impugnatur*[i], *alius quia peregrinatur a Regno*. Sed iste lachrimae ⌜[j]penitus tunc[j]⌝ abstergentur. ***(Rv 8:1) Et cum apperuisset sigillum septimum***[a], ostendendo mihi[b] septimum[c] statum ecclesie qui erit post mortem, id est destruccionem et execracionem ipsius Antichristi[e] a[f] cordibus fidelium, ⌜[g]***factum est silentium in celo*** id est in ecclesia[g]⌝, ***quasi media hora***, ⌜[h]qui[i] secundum propheciam Ezechielis XXXIX°[j] continet VII annos, secundum[k] propheciam Danielis XII[l] XLV[m] dies,[n] secundum Glosam huius continet XLII[o] dies quia postquam fideles desierint obedire preceptis ⌜[p]Pape |*B 159ra*| antichristinis[p]⌝ cuiusmodi[q] in premissis tanguntur et plura infra tangentur habebunt spacium quamvis modicum ⌜[r]penitendi qui sibi consenserunt donec fiet[s] iudicium[r]⌝ extremum. Per septem annos quos Ezechiel ponit inter mortem Antichristi et iudicium intelligitur universitas tunc penitencium de erroribus suis in quibus Antichristo consenserunt et de omnibus aliis peccatis suis; per XLV[t] dies quos Daniel ponit inter mortem Antichristi et iudicium intelligitur eciam numerus penitencium qui mistice per quadraginta designatur in Scripturis qui de hiis penitent que per illicitum usum quinque sensuum conmiserunt[u]; per XLII dies quos hic ponit Glosa inter mortem Antichristi et iudicium datur intelligi tempus penitendi per quod[v] exspectabit[w] Deus conversionem eorum qui Antichristo

consenserunt sicut Iudeos cum penitencia exspectavit post Passionem suam per XLII annos ut testatur Ieronimus in Epistola sua et omnes historie de illa materia; sed an illi VII anni Ezechielis sint usuales vel quod quilibet eorum plures contineat[x] annos et sic de diebus Danielis et huius Glose[y] ab omnibus Doctoribus penitus ignoratur, et hoc est quod dicitur hic[z] in textu: ***Et factum est***, inquit, ***silencium***, scilicet a persecucione Antichristi[h]⌝ ***quasi media hora*** ⌜[a]per quod datur intelligi quod bene tempus illud[a]⌝[b] breve erit, sed per hoc quod dicitur ***quasi***[c] ***media hora***, nichil[d] certum ponendo ostendit quod quantitas determinata huius spacii non potest inveniri[e]; et[f] propterea[g] dicitur in Ewangelio: *de die autem illo*[h] *et hora nemo novit*[i]*.* Quod ⌜[j]previdit[k] Deus[j]⌝ et preordinavit ad magnum ⌜[l]bonum[m] nostrum[l]⌝ ut quo[n] incercior est hora eo cauciores simus et previdenciores[o] reddere computum[p] finalem[q] Deo nostro de omnibus cogitacionibus, dictis et factis nostris[rs].

## [Apocalypsis XII]

**⌜[a]Ca$^{m}$ duodeci$^{m}$[a]⌝**

***(Rv 11:19) Et[b] apertum est templum***[c].[d] Hic incipit quarta[e] visio principalis huius prophecie, ⌜[f]et continuatur usque ibi: *Et vidi*[g] *aliud signum, etc.*[f]⌝[h]. In qua[i] ⌜[j]quidem visione[j]⌝[k] agitur de ecclesia et omnibus consiliariis et consolatoribus suis; et de dyabolo ⌜[l]ecclesiam iugiter[l]⌝ infestante[m] cum omnibus collegis suis quorum ⌜[n]precipuus et principalis est[n]⌝ Antichristus. ⌜[o]Partes patebunt in processu[o]⌝. Unde dicit hic *Glosa*[p]: ⌜[r]*In hac,* inquit[q], *quarta visione*[r]⌝ *habet materiam mulierem id est*⌜[s]*ecclesiam, bene*[s]⌝ ⌜[t]*ornatam et*[t]⌝ *bona auxilia habentem que a dyabolo inpugnatur et*[u] *aperte et oculte, et in omnibus hiis ostendit* ⌜[v]*eam superare*[v]⌝, *per quod maxime armat fideles ne* ⌜[w]*deficiant in aliqua*[w]⌝ *tribulacione.*[x] ⌜[y]Et sic ex hac visione clare habetur qui sint veri filii ecclesie scilicet qui[z] iam iuxta gradum ⌜[a]sue vocacionis[a]⌝ dimicant |*B 173va*| contra temptaciones demonum[b] et discipuli sui Antichristi[c] nitencium[d] homines avertere[e] a doctrina ewangelica ipsos finaliter superando. ⌜[f]Est tamen[f]⌝ pro meliori intellectu litere et intencionis prophecie ⌜[g]advertendum quia[g]⌝ ecclesia tripliciter accipitur[h] apud sanctos et doctores. Uno modo secundum quod distinguitur contra synagogam[i] et sic tota secta christianorum sive verorum sive falsorum fidem tamen profitencium vocatur ecclesia. Alio modo accipitur pro quacumque congregacione fidelium et hoc sine[j] professione ⌜[k]fidei et[k]⌝ opere sint fideles et de presenti iusticia aut finali predestinacione sive sint fideles nominetenus scilicet professione sola fidei ⌜[l]sine opere correspondente[l]⌝. Tercio modo[m] accipitur ecclesia pro toto numero predestinatorum et hec ⌜[n]sola est ecclesia[n]⌝ catholica[o] cuius pars non est aliquis prescitus[p] ad eternam penam. Et isto tercio modo intenditur hic de ecclesia sicut patet ex *Glosa*[q] superiori, quo[r] eciam modo distingwit Augustinus ecclesiam contra numerum dampnandorum, in *De civitate Dei*⌜[s]per totum, solos predestinatos ad civitatem Dei[s]⌝, prescitos autem ad civitatem Dyaboli pertinere, asserendo hoc idem plane docet III$^{o}$ [t] *De doctrina cristiana* disserendo de secunda[u] regula Ticonii[v]: *Secunda*, inquit, *regula est de* ⌜[w]*Domini corpore*[w]⌝ *bipartito*[x] *quod quidem non ita debuit appellare; non enim revera corpus Domini est quod cum illo* ⌜[y]*non erit in eternum*[y]⌝. Hec Augustinus. Cuius confirmacio ex symbolo[z] patet quia ecclesia catholica[a] credit remissionem peccatorum et vitam eternam ⌜[b]sed nullus prescitus habebit remissionem peccatorum et vitam eternam[b]⌝ ⌜[c]quia sic tam[c]⌝ fides ecclesie esset falsa qua[d] prescitus non esset prescitus sed predestinatus. Ergo nullus prescitus est pars aliqua ⌜[e]catholice ecclesie[e]⌝. Unde Augustinus ⌜[f]de septima[f]⌝ regula Ticonnii[g], ubi supra. Est enim et ipse scilicet[h] Dyabolus caput impiorum qui sunt eius quodammodo corpus, ituri[i] in supplicium ignis eterni, sicut Christus caput |*B 173vb*| est ecclesie quod est corpus eius futurum cum illo in regno et gloria sempiterna; hiis ita se habentibus redeo ad textum exponendum[y]⌝.[j] ***Et apertum est templum Dei***, id est scriptura sacra que de fine mundi disserit et de regimine Antichristi plenius manifestata[k] sicud liquet in[l] predictis et in sequentibus patebit, ***in celo*** id est in ecclesia in qua prius misteria Antichristi erant[m] ⌜[n]occultata, ***et visa est***[n]⌝[o] ***archa testamenti***[p], id est Christus iam manifestatus est in sua doctrina evangelica et in toto Nowo[q] Testamento *in quo sunt omnes thesauri*[r] *sapiencie et sciencie absconditi* ⌜[s]qui conplevit[t] Vetus Testamentum et[u] inplevit[v] Nowum[w], ⌜[x]visa est ergo[y] archa testamenti sed[s]⌝[x]⌝[z] ***in templo eius***[a] quia ⌜[b]nullus nisi[b]⌝ speciale templum Spiritus Sancti effectus in conversacione ewangelica[c] et doctrina habet graciam interpretandi ⌜[d]misteria Christi[d]⌝ et Antichristi[e] ⌜[f]adversarii ⌜[g]sui[f]⌝ ⌜[h]nec intelligere[h]⌝ quod tantus prelatus ut est Papa Romanus[i] posset esse[j] ⌜[k]ille Antichristus[k]⌝ magnus ⌜[l]cum tamen non posset esse alius ad intellectum prophetarum[l]⌝, ⌜[n]***et***[m] propterea[n]⌝ ***facta sunt fulgura***[o], scilicet[p] ex utraque parte: Papa[q] exconmunicante ex una parte, et preconibus ewangelicis ipsum maledictum Antichristum ⌜[r]ostendentibus, ex alia parte[r]⌝[g]⌝, ***et voces***[s] Papa[t] ⌜[u]adversarios suos[u]⌝ minante et hereticos

proclamante, parte ⌜[v]adversa pro ⌜[w]eo[v]⌝ ut[w]⌝ errores suos advertat[x] et defleat[y] magnis vocibus ⌜[z]ad Deum[z]⌝ clamante[a], ***et terremotus***[b] multis se disponentibus ⌜[c]et monentibus[c]⌝ ad dimicandum corporaliter et determinandum[d] scolastice[e] quod Papa ⌜[f]Romanus sit sanctissimus[f]⌝ Pater in terris[g] et quod nullo modo[h] possit[i] esse Antichristus adversariis suis scribendo, docendo, predicando se monentibus[j] ad oppositum, ***et grando magna***[k] quia Papa[l] omnes adversarios suos[m] pugnis[n] et malediccionibus suis[o] infrigidat et contundit[p], nec ipse a grandinis percussione est inmunis quia predicacio evangelica volens eum reducere ad observanciam perfecionis[q] |*B 174ra*|[r] apostolice[s], est sibi intollerabilis. ***(Rv 12:1) Et signum magnum apparuit in celo***, ⌜[t]id est in ecclesia[t]⌝ quia fidelium ecclesie[u] conversacio ⌜[w]iam[v] in celis est[w]⌝, ⌜[x]de terrenis[x]⌝ preterquam ad[y] sustentacionem vite non curantes[z]: ***mulier amicta sole***[a], quia ecclesia induit Christum in sua conversacione et doctrina qua[b] multo clarius illustratur spiritualiter quam corporaliter[c] aer a sole. Et bene dicit propheta quod[d] hoc est ***signum magnum***, quia magnum est et mirabile quod quis iam invenitur conversacionis ewangelice et doctrine inter tot eius adversarios amicos Antichristi inpellentes ad oppositum, ⌜[e]et plane tam verbo quam opere dicentes quod prelati ecclesie[f] non teneantur ad statum apostolicum quem prophitentur[g] cum nec ipse Dyabolus posset ymaginari apostasiam magis expressam[e]⌝[h]. ⌜[i]***Signum ergo magnum apparuit in celo, mulier amicta sole***[i]⌝ ***et luna sub pedibus eius***, id est gloria mundi que multum splendida apparet in oculis carnalium[j] calcata est ut lutum sub pedibus id est[k] affecionibus[l] fidelium ecclesie contra Antichristum dimicancium[m] de quo admirari possunt adversarii legis ewangelice, sed ex parte adversa multo magis mirantur[n] quod tam paucos habent sequaces ⌜[o]per contemptum[o]⌝ terrenorum quia ⌜[p]tanta fatuitas[p]⌝ est confidenciam[q] ponere in terrenis, sicut sperare continuacionem illuxionis[r] lunaris que iugiter crescens[s] ⌜[t]aut decrescens[t]⌝, nunc lumine claret[u] nunc lumine caret, in[v] eodem statu nunquam permanendo[w], ***et in capite eius corona stellarum XII***[x], quia in mente ewangelicorum relucet conversacio et doctrina XII[y] apostolorum; ⌜[a]et ⌜[z]est dicta mulier sancta[z]⌝ ecclesia contra Antichristum adunata[a]⌝, ***(Rv 12:2)***[a] ***in utero***[b] ***habens***, inpregnata[c] sentenciis apo(stolis) catholicis quas per studium scripturarum inspirante Spiritu Sancto concepit, ***et***[d] ***clamavit*** predicando, ⌜[e]orando, docendo[e]⌝, ***parturiens***, quousque potest generare cupiens filios ewangelii, ⌜[f]***et cruciatur***[f]⌝ carnem suam[g] macerando, ewangelice conversando et profundissime in ⌜[h]scripturis studendo[h]⌝, ***ut pariat***[i], id est[j] doctrinam iam conceptam palam omnibus[k] effundat et[l] tenebris Antichristi effugatis[m] quibuscumque |*B 174rb*| poterit ⌜[n]lucem ⌜[o]apperiat[n]⌝ ewangelice veritatis[o]⌝, sed ad hec[p] quis tam ydoneus ut filius effici mereatur matris tante dignitatis et suis negociis fungi contra Antichristum certe oporteret[q] ut haberet ⌜[r]sanctitatem Enoch, zelum[r]⌝ Elie[s] ut sic sole iusticie illuminatus a quo totus mundus ut lutum est calcatus, ut sic fulgore XII apostolorum tam verbo quam exemplo coronatus, ut in noticia legis ewangelice eminentes[t] habituetur ut pro peccatis suis et aliorum iugiter crucietur quod quos valeat ad observanciam sue vocacionis ⌜[u]inducat quod[u]⌝ ⌜[v]contra Antichristum militare eciam pro morte[v]⌝ non dimittat.[w] Descripta ecclesia sequitur descripcio ⌜[x]draconis id est Dyaboli[x]⌝ eam iugiter obpugnantis[y]. ***(Rv 12:3) Et visum est aliud signum***[a], ⌜[b]contrarium scilicet[b]⌝ priori, ***in celo***, ⌜[c]id est[c]⌝ ⌜[d]in ecclesia[d]⌝ ab eo expugnanda[e] per ampliorem potestatem nocendi quam habuit in ecclesia primitiva[f], ⌜[g]et propterea[h] sequitur[i] quod signum ⌜[j]istud[g]⌝ est[j]⌝: ***draco magnus*** propter magnitudinem potestatis nocendi iam obtentam, ***ruffus***[k], quia sicut ab inicio erat homicida, nunc multo amplius laborat seminando discordias inter christianos ad[l] sangwinis[m] effusionem, ***habens*** ⌜[n]***capita septem***[n]⌝, id est ⌜[o]universos principes[o]⌝ ecclesie sibi faventes, ***et cornua decem***[p] id est universa genera nocendi ecclesie ut per crudelitatem, heresim[q], ypocrisim[r], et huiusmodi quibus sine intermissione decalogum inpugnat[s] in quorum[t] sola observancia agnoscuntur[u] filii ecclesie, et in ***capitibus suis***[v] ⌜[x]***septem***[w] ***dyademata***[x]⌝, id est universas victorias de prostratis ab eo obtentas, ***(Rv 12:4)***

***et cauda eius,*** id est discipuli sui operantes cum eo contra legem ewangelicam per varias decepciones ⌜[c]quibus celant[a] falsitates[b] suas[c]⌝ ⌜[e]ut cauda celantur[d] turpia[e]⌝, utpote per simulatam sanctitatem et doctrinam antichristinam[f], zelo |*B 174va*| tamen legis divine, ut pretendunt, coloratam[g], ***trahebat***, id est decipiebat, et[h] ⌜[j]ad[i] assenciendum[j]⌝ Dyabolo et ⌜[k]pompis eius[k]⌝[l] sua ypocrisi[m] conpellebat[n], ***terciam partem stellarum celi***, id est prelatorum et religiosorum et omnium aliorum ipsis assenciencium[o] qui pre ceteris doctrinis ewangelicis et exemplis ecclesiam illuminarent[p], ***et misit eas***[q] ***in terram***, id est amore[r] terrenorum ad contempnendum[s] ewangelium ⌜[t]illexit et decepit[t]⌝; videns ergo Dyabolus[u] quod tam validum exercitum sibi aquisivit[v] de omni statu ecclesie tam propria potencia quam familie sue multitudine prevalida confisus, ⌜[w]preparat se et festinat[w]⌝ ad nocendum veris filiis ecclesie ⌜[x]iuxta vires[x]⌝. Unde[y] subdit: ***Et draco stetit*** non momentanee sed perseveranter et fortiter temptando et dimicando contra ecclesiam. ⌜[z]Et hoc est quod dicit: quod[a] ***Draco***, ⌜[b]id est Dyabolus[b]⌝, ⌜[c]***stetit ante***[c]⌝ ***mulierem,*** id est contra ecclesiam[z]⌝***, que erat paritura,*** ⌜[d]quia videns[d]⌝ veros filios ecclesie tantas afflicciones[e] pacientes propter doctrinam suam putat eos in brevi cessuros disputando et[f] predicando contra eum, ***stetit*** ergo ⌜[g]***ante mulierem***, id est contra ecclesiam ***que erat paritura*** doctrinam ewangelicam contra eum et suos elaboratam[g]⌝[h], ***ut***[i] ***cum***[j] ***peperisset***[k], id est quemquam in doctrina ewangelica generasset, ⌜[l]***filium eius***[l]⌝ ***devoraret***, ⌜[m]id est[m]⌝ atraheret[no] variis modis scilicet[p] diviciis et carnis illecebris et potencia mundana ad assenciendum[q] vicario suo Antichristo. Preparat ⌜[r]se eciam[r]⌝ ad devorandum filium matris ecclesie id est fructum per scripturarum studium conceptum destruere, quod iam patet quantum[s] in eo est inpletum[t] per generale mandatum prelatorum ad conburendum, destruendum et condempnandum omnes libros, scilicet omelias[u] ewangeliorum et[v] epistolarum in lingwa[w] materna conscriptos, ⌜[x]suggerendo quasi[x]⌝ non liceat ⌜[z]nobis Anglicis[y] legem divinam[z]⌝ habere in nostro[a] wlgari[b] quod tamen omnibus[c] |*B 174vb*| Ebreis[d], Grecis[e] et Latinis est conmune. ⌜[f]Et propterea qui sint Dyaboli in hac causa discipuli[g] speciales[h] facile patet quia[i] fratres huius negocii procuratores erant capitanei ⌜[j]et produces[j]⌝; scilicet[k] quamvis[l] ad hec, quantum[m] potuit, per se et suos laboravit Dyabolus, non tamen profecit[n] quia ⌜[p]non[o] omnes libri[p]⌝ tales sunt destructi sed loco eorum ⌜[q]alii iam[q]⌝ de novo[r] ⌜[s]conscripti ⌜[t]sunt[s]⌝ ut[u] in brevi Domino favente patebit[t]⌝, ipsis multum[v] forciores. Et propterea subdit[f]⌝: ***(Rv 12:5) Et peperit***, ⌜[a]scilicet ecclesia[a]⌝, ***filium masculum***, quia sicut masculus in vigore prestat femelle[b], sic libri ⌜[c]tardius conscripti[c]⌝ sunt prioribus contra Antichristum et fautores suos multum validiores[d]. Cuius oppositum credunt fratres, immo putant se per absconsionem librorum scriptorum[e] contra ⌜[f]abusiones suas[f]⌝ ⌜[g]et aliorum ecclesiasticorum utpote W[h] de Sancto Amore cuius libri multis seris et vectibus clauduntur Oxonie et Sarum[ij], nec non per absconsionem librorum Vilchelmi[k] Occam[l] contra Papam Romanum, fratris Iohannis de Ripsissa[m], fratris Petri Iohannis *super Apocalipsim*[n], et talium[g]⌝ se[o] posse subterfugere vindictam Dei contra[p] eos inferendam ⌜[q]propter abusiones suas, precipue quia ⌜[r]Pape Romano[r]⌝ favent in cunctis supersticionibus suis cum tamen ⌜[s]iram Dei super[s]⌝ se eo amplius provocant quo magis veritatem contra abusiones omnium ecclesiasticorum diwlgandam[t] abscondunt[u], ⌜[v]sic patet ergo[v]⌝ quod ecclesia ⌜[w]***peperit*** iam[w]⌝ filium masculum[q]⌝ ***qui recturus erat omnes gentes*** quia de omnibus gentibus convertentur[x] ad doctrinam ewangelicam clare expositam et[y] diwlgatam[z], ***in virga ferrea*** quia raciones contra Antichristum facte sunt inflexibiles[a] et insolubiles et[b] multo magis quam ferrum; ***et raptus est filius eius*** ⌜[c]***ad Deum et***[c]⌝ ***ad thronum eius*** quia tam filius in ewangelio generatus quam fructus studii filiorum sancte matris ecclesie ⌜[d]specialiter proteguntur[d]⌝ a Deo et honorantur, nonobstante quod sint contemptibiles[e] Antichristo |*B 175ra*| et fautoribus eius[f], ymmo in throno XII[g] apostolorum collocati a Deo, Antichristum ⌜[h]et omnes complices suos[h]⌝ condempnabunt in iudicio extremo, quia ipsi ⌜[i]eos iniuste[i]⌝ condempnaverunt in hoc mundo,[j] ***(Rv 12:6) et mulier***, scilicet[a] ecclesia ista[b] dimicans

contra Antichristum, ***fugit in solitudinem,***[c] per abdicacionem terrenorum et voluptatis[d] carnalis et sic spreta ⌜[e]iucunditate mundanorum[e]⌝ exuberantibus pascitur[f] ⌜[g]deliciis spiritualibus[g]⌝. Et hoc est quod subdit: ⌜[h]***Ubi habet locum,***[i] separatum a ⌜[j]tumultu populari[j]⌝, ***paratum a Deo*** per specialem mentis inspiracionem[h]⌝, ⌜[k]***ut ibi pascat illam***[k]⌝ dulcedine contemplacionis et doctrina[l] scripturarum, nec tamen ⌜[m]deserit eam[m]⌝ corporaliter recreare quantum sufficit sustentacioni[n] nature[o], ⌜[p]***diebus mille ducentis sexaginta sex***[p]⌝,[q] toto tempore quo fervet persecucio antichristina[r], nec solum Deus in hiis consolatur ecclesiam suam durante Antichristi persecucione inmediate[s], ut prefertur, sed ⌜[u]eciam[t] mediate eam[u]⌝ ⌜[v]consolatur et tuetur[v]⌝ speciali[w] proteccione[x] angelorum[y]. ⌜[z]Unde et[z]⌝ subdit[a]: ***(Rv 12:7) Et factum est*** ⌜[a]***prelium magnum***[a]⌝ ***in celo***, id est in ecclesia[b]. ***Michael***[c] princeps[d] angelorum ***et Angeli eius preliabantur***[e] ***cum dracone,*** quia orando et[f] auxilium[g] ferendo ecclesiam militantem sustentat[hi] ecclesia triumphans, potestatem demonum ⌜[k]cohercendo ne noceant[j] quantum vellent[k]⌝; ***et draco pugnabat***[l] ***et angeli eius,*** scilicet totas vires conflantes in unum ⌜[m]ut fine[n] mundi et consequenter trusione[o] sua finali ⌜[p]omni solacio destituti[p]⌝ in inferno, elongantes[q] iudicium finale quantum possunt[m]⌝, ***(Rv 12:8)*** ⌜[a]***et non valuerunt***[a]⌝,[b] contra ecclesiam quia speciali tuicione angelorum preservatur[c] in doctrina ewangelica ne asenciat[d] Antichristo, ***neque locus inventus est eorum***[e] ***amplius in celo,*** quia post deieccionem Antichristi vix locus temptandi relinquitur demonibus ⌜[f]dimicando |*B 175rb*| contra ecclesiam[f]⌝, sed ipsa auxilio Christi et angelorum specialiter adiuta contra omnes adversarios suos finaliter ⌜[i]prevalebit[g]. Et[h] propterea sequitur[i]⌝:[j] ***(Rv 12:9)***[a] ***proiectus est***[b] ***draco***[c] ***ille magnus,*** non obstante[d] tanta potestate sua[e] quod precipuos ⌜[f]professores perfeccionis[f]⌝ ewangelice fecit antichristinos[g] utpote plures prelatorum et religiosorum, ⌜[h]***proiectus est*** tamen ***draco ille magnus***[h]⌝ ***serpens*** quia serpente calidior[i] et magis venenosus quia serpens corpus, ipse animam intoxicavit[j], ***antiqus*** quia ⌜[k]ille idem[k]⌝ est modo qui nititur homines ⌜[l]⌜[m]inpedire a paradiso[l]⌝ celesti[m]⌝, unde ipse ceciderat qui primos parentes expulit de paradiso voluptatis, et propterea ⌜[o]est[n] valde cavendus[o]⌝ nobis miseris in peccatis natis cum tantum[p] valuit contra primos parentes adhuc felices et puros ab omni macula peccatorum, ***qui vocabatur***[q] ***Dyabolus*** ⌜[r]***et Satanas***[r]⌝ ⌜[s]quia ipse[s]⌝ prima causa[t] omnium dampnandorum igne infernali in corpore et anima, et quia semper crescens in malicia quasi ⌜[u]duplus est[u]⌝ ad ***universum orbem***, id est omnes reprobos in toto[v] orbe dispersos, ***proiectus est in terram*** ut a fidelibus cadens hiis solis noceat, scilicet terrena[w] celestibus preponentes[x], qui sunt eius, ***et angeli eius cum eo***[y] ***missi sunt,***[z] ut[a] post Antichristi destruccionem quasi iam tota secura maneat ecclesia ab omni demonum infestacione. ***(Rv 12:10) Et audivi vocem magnam***, scilicet magne exultacionis[a] angelorum et ewangelicorum, ***in celo***, id est in ecclesia ⌜[c]tam militante quam[b] triumphante[c]⌝ ***dicentem***[d]: ***Nunc facta est***[e], etc[f].[g] Postquam Propheta ostendisset[h] Dyabolum in hoc certamine occulto[i] ab ecclesia victum[j], |*B 175va*| auxilio[k] Christi et angelorum, nunc subiungit gaudium ipsorum[l] angelorum et aliorum sanctorum de victoria fratrum qui adhuc in via dimicant contra ⌜[n]Dyabolum ⌜[m]ut laborent[n]⌝ finaliter vincere ⌜[o]sicut ⌜[p]iam[o]⌝ ceperunt[p]⌝ ⌜[q]qui de victoria[r] sua angelos et sanctos audiunt exultare[m]⌝[q]⌝. ⌜[s]Dicit ergo[s]⌝ ***nunc facta est salus,***[t] ab infirmitate ⌜[v]contracta prius assenciendo[v]⌝[u] Dyabolo, ⌜[x]nec hoc[w] mirum debet esse quamvis modo sint perfectissimi[y] pro ⌜[z]statu vie[z]⌝[x][a] ⌜[c]⌜[e]quia secundum[b] ⌜[d]magistrum Petrum[d]⌝ Comestorem in Sermone *De concepcione Sancte Marie*: *Dominus*[f] *electos suos innumeris lapsibus viciorum permittit ad tempus affligi*[g] *et humiliari omnem ab eis removens presumpcionis elacionem*; et dicit huiusmodi figuram precessisse in diluvio ⌜[h]Noe ut sicut non[h]⌝ ante ⌜[i]venit iniquitas[i]⌝ universe carnis coram Deo quam diluvium inundavit[j] super universam terram, sic multi ⌜[k]a peccatis cessare[k]⌝ nesciunt donec ingurgitentur profluvio viciorum iuxta quod in psalmo dicitur: *Multiplicate sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt*, et Apostolus: *Ubi* ⌜[l]*habundavit delictum, superhabundavit*[l]⌝ *et gracia*[m]; potest autem huius causa reddi naturali racione, nam cum

Deus subtillissimus sit[n], in se existens necessario subtilissime et ab humano sensu maxime extranee[o] operatur quidquid operatur; et quia valde subtile et difficile[p] videtur quod homo in vita carnali vitam agat spiritualem ⌜[q]quia secundum Ieronimum in carne preter carnem vivere angelica natura est, non humana, propterea quanto sint carnaliores et sangwinea conplexione habundent aliqui tanto subtilius et ad sensum nostrum difficilius in eis operatur Deus ducendo eos ad vitam spiritualem[q]⌝ quod Deo omnino convenit racione sue subtilissime[r] essencie pre omnibus creatis et ideo tales cum convertuntur sicut ceteris ante conversionem prestabant */B 175vb/* in carne ita post conversionem ceteris prestat[s] in mente et sic de pessimis carnalibus et maximis peccatoribus frequenter fiunt[t] optimi spirituales sicut[u] de Paulo habemus qui se fatetur primum peccatorem, de Magdalena, Matheo Theolonario[v] et de aliis innumeris[c]⌝; ***facta est*** ergo ***salus***, huiusmodi carnalibus ad ewangelicam conversacionem conversis[e]⌝, ***et virtus*** quia hoc ex natura hominis non provenit, ⌜[x]mediante solius liberi arbitrii eleccione, ut Pelagiani[w], Celestiani, Nestoriani, et multi moderni eos sequentes menciuntur[x]⌝, sed ex speciali dono virtutis divine preveniendo, cooperando[y] et conservando in bono, ***et*** ⌜[z]***regnum nostri Dei***[z]⌝, in quibus prius regnavit[a] Dyabolus, ***et potestas Christi eius***, quia ex conversione talium peccatorum maxime relucet potestas Christi, ***quia*** ⌜[b]***proiectus est***[b]⌝ ***accusator fratrum nostrorum***, quia officium Dyaboli est per peccatum accusabiles reddere ⌜[d]quos[c] suspicatur[d]⌝ ascensuros et cives et fratres fieri celestis curie unde ipse ceciderat, ***qui accusabat eos***[e], nonnunquam eciam falsa obicendo[f], ⌜[g]***in conspectu***[g]⌝ ***Dei***[h] ***nostri***, et sic statim percipit eius falsitatem quia suum conspectum nullum latet secretum, ***die***[i] in prosperis delectando ultra mensuram, ⌜[j]***ac nocte***[j]⌝,[k] in adversis contristando, ad inpacienciam provocans[l] et blasphemiam[m]. ***(Rv 12:11) Et ipsi***, scilicet[a] ⌜[b]homines prius in peccatis, ***iam***[b]⌝ ***vicerunt eum***[c],[d] ⌜[e]per graciam[e]⌝ quia quamvis ista vecordia[f] nonnisi speciali adiutorio Christi et angelorum fiat, tamen ⌜[g]ita ipsis[g]⌝ inputatur ad meritum et premium, ac si soli ⌜[h]et viribus propriis[h]⌝ Dyabolum superassent. ⌜[i]Ipsi ergo[i]⌝ vicerunt eum, ***sed propter sangwuinem agni,*** quia nisi fuissent efficaciter redempti sangwine[j] Christi non prevalerent finaliter contra Dyabolum, sed ab eo vincerentur, ***et*** ⌜[k]***propter verbum testimonii eius***[k]⌝, quia timore mortis postposito testificantur[l] ⌜[m]veritatem ewangelicam[m]⌝ contra Antichristum, ***et non dilexerunt animas suas***,[n] amore carnali, ***usque ad mortem,*** non ita delectando in quibuscunque carna*/B 176ra/*libus ⌜[o]quod transeat[o]⌝ in mortale peccatum. Et hec sunt duo manifesta signa[p] efficacie redempcionis in sangwine[q] Christi[r]; ***(Rv 12:12) propterea letamini celi et qui habitatis in eis***, quasi diceret, merito potestis vos letari qui sic prevaluistis contra[a] Dyabolum quia ⌜[b]vestra victoria[b]⌝ est Deo magna leticia et omnibus sanctis eius, et vere materiam habetis maxime letandi quantum sinit corrupcio vestre miserie quia ⌜[c]iam non[c]⌝ terreni conputamini sed celestes tamquam ⌜[d]nobiscum in celestibus[d]⌝ conversantes. ⌜[e]***Ve terre, etc.***[e]⌝ ⌜[f]Postquam ostendit propheta[f]⌝ victoriam bonorum, iam[g] subdit de vexacione malorum quia videns se Dyabolus delusum[h] et superatum[i] a fidelibus, amplius infestat[j] infideles ne forte evadant manus suas sicut priores evaserunt. Dicit ergo[k]: ***Ve terre***, id est gravibus in peccatis, ***et mari***, ⌜[l]id est[l]⌝ variis viciis fluentibus[m], ***quia*** ⌜[n]***Dyabolus descendit***[n]⌝ ***ad*** ⌜[o]***vos*** acrius temptando[o]⌝ et forcius in peccatis detinendo quam prius,[p] ***habens iram magnam***, propter multos sibi ablatos[q] predicacione evangelica, ***sciens quod modicum tempus habet***[r]***,*** unde frequencius[s] grassatur[t] totam potestatem suam ⌜[u]experiendo ⌜[v]et[u]⌝ exercendo[v]⌝, sic partim reddendo[w] penam quam sibi noscit[x] futuram maiorem quam[y] post iudicium extremum. Sed ex[z] sequentibus[a] possumus[b] occurrere contra[c] cautelam Dyaboli: primitivam namque ecclesiam prius opugnavit[d] manifeste, postea occulte[e]. Sed videns quod ⌜[f]non sic[f]⌝ prevaluit contra[g] eam, istam[h] modernam prius ⌜[i]occulta temptacione[i]⌝, postea manifesta[j] oppugnat[k]. ⌜[l]Unde et subdit[l]⌝: ***(Rv 12:13) Et postquam vidit draco quod proiectus est***[a] ***in terram***,[b] superatus in occulta[c] ⌜[d]temptacione sua[d]⌝, ***persecutus est mulierem***, id est

ecclesiam aperta[e] tribulacione, ***que peperit masculum,*** nonobstante priori[f] oppugnacione[g] ⌜[h]plures in doctrina ewangelica roborando[h]⌝, sed sicud ecclesia contra primam oppugnacionem[i] habuit auxilium speciale ita[j] ne succumbat hac[k] aperta persecucione sibi Christus specialiter con|*B 176rb*|descendit. ⌜[l]Unde et sequitur[l]⌝: ***(Rv 12:14) Et*** ⌜[a]***date sunt***[a]⌝ a Christo ***mulieri***, id est ecclesie, ***due ale aquile***[b], ⌜[c]id est[c]⌝ duo testamenta clare interpretata, sive dileccio[d] ⌜[e]Dei et proximi[e]⌝, sive vita activa et contemplativa[f], ***aquile***[g], id est Christi ⌜[h]quia ab eo[h]⌝ procedunt ale iste[i] quomodocumque accepte. ⌜[j]Et propterea[j]⌝ sequitur: ***magne*** quia Christus in homine detinet magnitudinem Dei, ***ut volaret in desertum*** paulative[k] respirando a ⌜[l]tumultu Antichristi et suorum[l]⌝, in ***locum suum*** quia hoc est proprium ewangelicorum segregari a tumultu mundi,[m] carnis et demonis[n], spiritualibus[o] insistendo[p], ***ubi alitur***,[q] studio scripturarum et suavitate contemplacionis, ***per tempus et tempora et dimidium temporis***, id est per tantum spacium quo Christus conplevit predicacionem suam, ***a facie***[r] ***serpentis***, ⌜[s]id est[s]⌝ ab aperta persecucione Dyaboli per Antichristum exsecuta cuius fervor[t] persecucionis invaluerit[u] pre ceteris temporibus per tres[v] annos et dimidium per Urbanum Papam[w] sextum in quo omnia misteria Antichristi fuerunt[x] inpleta[y], ⌜[z]sicut frequenter in aliis probavi[z]⌝. Non cessat tamen Dyabolus ab oppugnacione[a] sua, sed nunc blandiciis, nunc carnis illecebris, nunc terroribus, nunc tormentis ⌜[b]membrorum suorum[b]⌝ et detraccionibus, ecclesiam iam in[c] solitudine vacantem[d] infestat[e] quantum potest. Et hoc est quod subdit[f] propheta[g]:[h] ***(Rv 12:15)*** ⌜[a]***Et misit serpens ex ore suo***[a]⌝ scilicet omnium procuratorum suorum et suggerendo per semetipsum, ***post mulierem***, ⌜[b]id est ecclesiam iam in deserto latitantem[b]⌝, ***aquam***,[c] temptacionis,[d] afflicciónis[e] et tribulacionis tam occulte[f] quam manifeste, ⌜[i]***tamquam flumen***,[ghi]⌝ propter habundanciam temptacionum et tormentorum ⌜[j]per que[j]⌝ tamen amplius purgatur ecclesia ea superando, ***ut eam faceret trahi***[k], id est inpediri[l], ⌜[m]***a flumine***[m]⌝,[n] studii scripturarum et[o] suavitate[p] contemplacionis quibus ⌜[q]iam se[q]⌝ parat[r] dimicare contra Antichristum, sed quia tam multiplex temptacio Dyaboli intollerabilis est ipsi[s] ecclesie nisi specialiter sibi succurratur[t] ⌜[u]et firmetur[u]⌝ a Christo, |*B 176va*| ideo non habens aliud quo[v] se divertat, currit instanter[w] ad suffragium oracionis clamando ad Christum; ⌜[x]et hoc est quod sequitur[x]⌝[y] ***(Rv 12:16) et adiuvit***[a] ***terra***, id est Christus terra designatus[b] racione sue stabilitatis, ***mulierem***,[c] ⌜[f]sic[d] orantem[ef]⌝, vel ***terra***[g], id est ipsi[h] perfecti, iugiter orantes pro statu ecclesie, audivit[i] eius[j] tribulaciones[k] sibi[l] compaciendo. ***Et apperuit***[m] ⌜[n]***terra os suum***[n]⌝, id est totus iste numerus perfectorum se preparavit et ydoneum se[o] fecit tam ⌜[p]se purgando[p]⌝ a peccatis quam exercendo ⌜[r]in perfeccionis[q] operibus[r]⌝ ut reciperet et pacienter[s] superaret quicquid[t] sibi[u] ab Antichristo et suis inferatur[v]. ⌜[w]Et hoc est quod sequitur[w]⌝, ***et***[x] ***absorbuit***, ⌜[y]id est superavit et destruxit[y]⌝, ***flumen***, id est omne genus temptacionis ⌜[a]ut[z] consenciat Antichristo[a]⌝, ***quod***[b] ***misit draco de ore suo***,[c] per se et[d] membra sua, tam occulte[e] quam manifeste ⌜[f]ecclesiam persequendo[f]⌝, ***(Rv 12:17) et iratus est draco in mulierem***[a], sic[b] videns se ⌜[c]ubique ab ea[c]⌝ superatum[d], quia licet non possit devincere[e], non tamen desistit[f] invidere et locum invidendi[g] querere, ***et abiit***,[h] perfecciores[i] deserens sic superatus ab eis, ⌜[j]***facere prelium***[j]⌝ ***cum reliquis de semine eius***, ⌜[k]id est[k]⌝ ⌜[l]inperfeccioribus quibusque[l] ad corpus ecclesie saltim[m] de presenti iusticia pertinentes[n]; et[o] propterea sequitur[p]: ***qui custodiunt mandata*** ⌜[q]***Dei et habent testimonium*** ⌜[r]***Iesu Christi***[r]⌝[q]⌝ fidem catholicam[s] profitentes, ***(Rv 12:18) et stetit***[a] ***super***[b] ***arenam maris***, quasi diceret propheta: nec omnes maiores id est perfecciores[c] nec inperfecciores dummodo custodiunt mandata Dei et fidem profitentur[d] Christi[e] contra Antichristum, ⌜[g]⌜[f]sed enim[f]⌝ arenam[g]⌝, id est infructuosos[h] qui[i] sive sint unius professionis vel alterius, ⌜[j]fructum tunc[j]⌝ sue professionis non producunt, quorum omnium capitaneus[k] est Antichristus sicut exprimit textus sequens unde[l] et[m] subdit[no].

[*Lut R*] Aliter ⌜*p*ista litera*p*⌝ exponitur: ***(Rv 12:15 add.) Et misit serpens ex ore suo***, id et diabolus[a] qui dicitur ⌜*b*serpens antiquus*b*⌝, ait namque Isidorus[c] *De summo bono* libro 2 cap. 5[d]: *Os diaboli verba eius sunt, verba vero eius inspiraciones occulte sunt, qui*[e] *corda hominum occulte*[f] *alloquens*[g] *urit cupiditatibus*. Hec ille misit autem ***post mulierem***, id est ecclesiam militantem, ***aquam tamquam flumen,*** id est abundanciam[h] temporalium que fluunt et refluunt ac submergunt. Sic exponit Wilelmus[i] de Alta Petra in sua *Summa viciorum*[j]. [*R*] et repetit id in *Postilla dominicalium sermonum* suorum, omilia de X leprosis in ultino sermone; et iste vocatur Parisyensis et ad hoc autem misit iam aquam ut eam trahi faceret a flumine id est a studio scripturarum et a vita apostolica, et allegat hunc textum et infert ibidem: *Mulier ista ecclesia est*, [quam] *serpens antiquus temporalium habundancia querit submergere*; quo concesso sequitur quod *inspiracione dyaboli ecclesia diviciis temporalibus sit ditata*. Et ultro ibidem sequitur quod terra id est terreni homines adiuvantes mulierem id est ecclesiam aperient os id est voluntatem suam et intencionem dabunt ut absorbeant illud flumen quod misit draco de ore suo id est ut aufferent temporalia, unde, ut refert Cestrensis in sua *Cronica* et Wylhelmus ibidem, ubi supra post eum, *quod tempore dotacionis ecclesie* quando scilicet Constantinus donat inperium occidentale cum Roma Pape Silvestro, *audita est vox in aere*: *hoc infusum est venenum in ecclesiam Dei*; futurum igitur est ut temporalia auferant seculares.

## [Apocalypsis XIV]

**Ca**[m]*sXIII*⸣[a]
***(Rv 14:1)*** ⸢[c]***Et***[b] ***vidi***, ⸢[d]***et ecce***[c]⸣ ***agnus***[d]⸣ ***stabat*** etc. ubi *Glosa*[e] *ostensa*, inquit, *gravissima persecucione* ⸢[f]*quam pacietur et*[f]⸣ certe iam patitur *ecclesia ab Antichristo et eius apostolis ad consolacionem ostendit qualem habeat ecclesia adiutorem et qualem* ⸢[g]*habeat ipse*[g]⸣ *familiam, dicens*: ***Et vidi*** ⸢[h]in evidenti[h]⸣, ***et ecce agnus***, id est Christus pro nobis ymolatus, ⸢[i]***stabat*** paratus iuvare[j] ecclesiam suam ***supra montem Sion***[k] id est super[l] ipsam ecclesiam sicut caput corpori[m] ⸢[n]est coniunctum virtutibus, celsam ⸢[o]ecclesiam dico[n]⸣ et Deum contemplantem[o]⸣[i]⸣, ***et***[p] ***cum eo***[q] ***centum quadraginta***[r] ***quattuor milia***, id est omnes fideles in doctrina ewangelica verbo et opere perseverantes ex IIII[or][s] ⸢[t]mundi partibus[t]⸣ collectos[u], ***habentes nomen eius*** quia veri Christiani a Christo nomen[v] sorciuntur, ***et nomen Patris eius***[w] in vita humana */B 182rb|* vitam divinam ducentes et sic quodammodo[x] dii cum Deo[y] Patre appellantur, ***scriptum***,[z] indelibiliter, ***in frontibus suis***, ⸢[a]quales intus sunt armati[a]⸣, contra ⸢[b]Antichristum foris[b]⸣, opere et doctrina[c] se ⸢[d]ewangelicos ostendentes[d]⸣. ***(Rv 14:2) Et audivi vocem***, id est desiderium et admonicionem, ***de celo***, id est ⸢[a]de ecclesia vel[a]⸣ ab eis qui cum Christo erunt in celo sicut sunt omnes perseverantes in conversacione et doctrina ewangelica contra Antichristum, ***tamquam vocem aquarum multarum***, id est populorum[b] multorum quia[c] de multis populis[d] congregati sunt precones[e] ewangelici contra Antichristum, ***et tamquam vocem tonitrui magni***, quia valde terrent[f] eos qui Antichristo adherentes ad consorcium suum[g] venire[h] fugiunt, et vocem quam[i] ***audivi***, ⸢[k]suple[j] fuit ***sicud***[k]⸣ ***cytharedorum***[l] quia ipsi ⸢[m]ad hoc[m]⸣ instituerunt se ut extendant[n] corda sua[o] devota super lignum crucis sicut corde extenduntur[p] in cithara[q], ***citharisancium***[r], id est opera carnis mortificancium et sic docencium verbo sicut[st] exemplo vel opus predicacionis quod ex officio habent ⸢[u]opere conplencium[u]⸣, ⸢[w]***in***[v] ***citharis***[v] ***suis***, non alienis ut multi faciunt ascribentes sibi labores aliorum in predicacionibus et doctrinis suis hiis[x] diebus. Item[w]⸣ ***in cytharis***[y] ***suis***,[z] non in poematibus et fabulis delectantes ⸢[a]auditores suos[a]⸣ sed in ewangelicis que populum ⸢[b]informando optime melodisant[b]⸣ quia hec ⸢[d]converterunt[c] gentiles[d]⸣ quotquot[e] preordinati sunt[f] ad vitam, non poeses, fabule aut mundana quecumque. ***(Rv 14:3) Et cantabant quasi***[a] ***canticum novum*** quia tam[b] abolevit predicacio ewangelica per pseudopredicatores[c] ⸢[d]quod quasi nowa videntur[d]⸣ omnibus iam[e] eam audientibus ⸢[f]et adhuc sunt quidam tam ab ea perversi quod iactant se facturos tam bonam predicacionem de historia Hectoris, Troye[g], Achilis[h] aut unius talis pagani sicut de santissima hystoria ewangelica, sed planum est quod *|B 182va|* menciuntur, tum[i] primo quia de multis positis in hystoriis paganorum licet dubitare sed de quibuscumque positis in historia ewangelica dubitare non licet Christiano, tum[j] eciam quia[k] auctoritas nullius hominis est tanta ⸢[m]hystorisando[l] de pagano[m]⸣ sicut est auctoritas Domini nostri Ihesu Christi in ewangelio suo sacro, tum[n] eciam quia legendo historias paganorum unusquisque sentit se ad amorem carnalem inclinatum; historia autem ewangelica retrahendo lectores suos ab amore temporalium ad amorem allicit[o] eternorum, tum[p] eciam quia in nulla historia paganorum continentur misteria fidei catholice et vite moralis necessaria christianis; historia vero[q] ewangelica continet in se omnia fidei et moribus requisita, tum[r] eciam quia nulla historia paganorum converterunt mundum aut convertere potuerunt, secus autem est de historia ewangelica semper equalis sanctitatis et vigoris. Et ideo si forte diceret unus pseudopredicator talis quod ipse de historia pagani faceret[s] unum sermonem ita delectabilem carnaliter sapientibus, crederem ei. Nunc autem quia historiam[t] unius pagani equiparat ewangelio quo ad virtutem predicacionis claret quod hoc a ⸢[u]Spiritu Christi[u]⸣ non habet sed[v] Sathane se[w] Antichristi discipulum Pseudo specialem. ***Cantabant*** eciam et iam cantant ewangelici predicatores quasi canticum novum[x] de integritate ecclesie semper[y] salva et servata perfeccione[z]

⸢[a]ewangelica non obstante[a]⸣ persecucione antichristina[b] exultando quod gaudium nunquam veterascet ⸢[c]eis sed semper est[c]⸣ novum[f]⸣, ***ante sedem Dei***[d], id est in scriptura sacra iugiter contemplantes ⸢[e]in qua residet voluntas Dei et relucet[e]⸣, ***et ante IIII[or]*** [f] ***animalia*** ewangelium ab eis scriptum contra Antichristum defendentes, ***et seniores*** sentencias sanctorum patrum ut Augustini,[g] ⸢[i]Hillarii[h], Ambrosii, Jeronimi[i]⸣, Gregorii[j] |*B 182vb*| et aliorum antiquorum, dimissis novorum doctorum[k] frivolis[l], imitantes[m], ***et nemo poterat dicere***[n] ***canticum***,[o] istud novum, ***nisi illa centum***[p] ***quadragintaquatuor***[q] ***millia***[r], ⸢[s]id est totus numerus electorum[s]⸣,[t] ***qui empti sunt***,[u] ⸢[v]efficaciter sangwine[v]⸣ Christi, ***de terra***, terrena conversacione postposita celestibus insistendo. ***(Rv 14:4) Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati***[a],[b] ⸢[c]concubitu illicito[c]⸣ aut cogitatu fedo[d] aut si aliquando se inquinabant, sacramento penitencie se purgarunt[e] et sic non inputatur eis ad culpam aut reatum inquinacio sua preterita cuiuscumque generis fuerit peccatum, ⸢[f]de quo penituerunt[f]⸣, ***virgines enim sunt*** ⸢[g]quia tota ⸢[h]ecclesia catholica[h]⸣ ⸢[i]virgo est[i]⸣[g]⸣ iuxta illud Apostoli 2 Corin 11[j] *Despondi enim vos*[k] *uni viro,* ⸢[l]*virginem castam exhibere Christo*[l]⸣; quia nemo salvatur nisi continenciam coniugalem, vidualem[m] ⸢[n]aut virginalem[n]⸣ servando, nam dato quod ⸢[p]quisquam[o] alicuius status dictorum[p]⸣ delinquat contra statum suum, oportet eum de necessitate salutis penitere de comisso[q] ⸢[r]et sic[r]⸣ vel non salvatur vel moritur in observancia status sui; ***hii***[s] ***secuntur agnum***, id est Christum innocentem pro nobis ymolatum[t], ***quocumque ierit***,[u] eciam usque ad patibulum crucis, si ⸢[v]oportet, ipsum sequendo[v]⸣ pro defensione ewangelice[w] veritatis; ***hii empti sunt*** ⸢[x]***ex omnibus***[x]⸣, scilicet tam[y] coniugatis quam ⸢[z]viduis et virginibus[z]⸣, ⸢[a]***primicie Deo***[a]⸣ ***et agno***, quia sicud primicie fructuum[b] oblate in antiqua lege erant ceteris oblacionibus sacerdotibus cariores, ita quamvis totum genus humanum sit Deo carum, *qui wlt*[c] *omnes homines salvos fieri*, ⸢[d]*et*[e] *agnicionem veritatis venire*, tamen[f][d]⸣ electi sunt ⸢[g]sibi ⸢[h]simpliciter[g]⸣ omnibus[h]⸣ aliis accepciores[i]. Et causam subdit ⸢[j]cum dicitur[j]⸣: ***(Rv 14:5)*** ⸢[a]***Et in ore ipsorum***[a]⸣ ***non est inventum mendacium*** quia que in baptismo promiserunt, opere exhibuerunt[b] si ⸢[c]enim sunt[c]⸣ coniugati, |*B 183ra*| servant saltem ante mortem statum ⸢[d]vocacionis sue[d]⸣, sic de viduis respectu ⸢[e]vocacionis sue[e]⸣, si[f] sint de numero cleri ⸢[g]servant statum[g]⸣ ⸢[h]vocacionis sue[h]⸣ et sic non sunt mendaces, sed veraces; quo contra Ambrosius in sermone, *Omnis*, inquit, *simulacio et duplicitas mendacium est*[i], ⸢[j]*ergo non solum*[k] *in falsis verbis sed eciam in simulatis operibus mendacium est*[j]⸣. *Mendacium* ⸢[l]*est* ⸢[m]*christianum*[l]⸣ *se*[m] *dicere et opera Christi*[n] *non facere*. *Mendacium est*[o] *sacerdotem vel clericum se profiteri et contraria huic ordini operari*. Ex quibus arguit ⸢[p]sanctus iste[p]⸣ quod omnes tales ⸢[q]Patrem non Deum habent[q]⸣ sed Diabolum[r] ipsos decipiendo. Sed Antichristus docet[s] quod sufficit sibi ad salutem statum profiteri apostolicum eius exercendo dignitatem, respuendo perfeccionem, ergo eo ⸢[t]ipso se *filium Diaboli*[t]⸣ ostendit, iuxta sentenciam Ambrosii iam dictam et *perdicionis filium*, hoc pertinaciter defendendo, iuxta illud Prophete: *Perdes omnes qui locuntur mendacium*. ⸢[u]Non dicit *qui locuti fuerunt mendacium* aut *loquentur* sed *qui locuntur*, inquit, *mendacium* quod continuacionem mendacii significat et ipsius defensionem pertinacem quo contra de veris filiis ecclesie dicitur hic in textu quod *in ore ipsorum non est inventum mendacium*, sed sunt fideles servantes quod promiserunt, unusquisque iuxta statum vocacionis sue[u]⸣. ***Sine macula***[v] ***sunt***,[w] ⸢[x]⸢[y]id est[x]⸣ erunt in futuro[y]⸣ et iam sunt in preordinacione divina, ***ante thronum***[z] ***Dei***, hoc est ante Deum, hec iuste decernentem. Ad moralem sensum predictus ⸢[a]textus a loco illo[a]⸣ *et cum eo*[b] *centum* ⸢[c]*quadraginta IIII*[or][c]⸣ *milia*, etc.[d] usque huc exponitur de solis virginibus, sed ad literam concernit ecclesiam ⸢[e]⸢[f]catholicam sicut[f]⸣ patet in premissa exposicione et ex ipso textu quia generaliter in toto isto libro ubi ponitur iste numerus ⸢[g]centum XLIIII[g]⸣ milia spectat ad totum numerum electorum. Dicitur eciam in premisso textu quod hii de quibus hic loquitur propheta ***empti sunt*** ex omnibus scilicet gradibus ecclesie quod de solis virginibus in sua proprietate acceptis intelligi non potest, propterea sensus litere est

quem premisi in dicta[h] exposicione. ***(Rv 14:6) Et vidi alterum angelum***[a]: |*B 183rb*| descripta inpugnacione ecclesie facta per tres bestias scilicet per[b] Diabolum, Antichristum et eius pseudoapostolos suppositoque auxilio agni et dignitate familie eius[c] ostensa, subiungitur admonicio veri ⌜[d]predicatoris ewangelici[d]⌝ ut ad hanc familiam omnes Christiani volentes salvari accedant, et comunicacio[e] ut a familia Antichristi declinent[e]⌝ dicens[f]: ***Et vidi alterum Angelum***,[g] predicatorem aliquem missum a Christo ad ewangelisandum[h] contra Antichristum, ***volantem***,[i] molem terrenorum a se removentem, ***per medium celi***[j], id est per mediam ecclesiam non particulariter uni ecclesie sed equaliter omnibus predicantem et docentem in circuitu quam ecclesiam verbis et exemplis secum trahit[k] ad conversacionem ewangelicam ⌜[l]et doctrinam[l]⌝, ⌜[m]***habentem*** ⌜[n]ex[m]⌝ iniuncto Christi[n]⌝ ***ewangelium eternum***, non in primitiva ecclesia servandum tantum, ⌜[o]sed eciam[o]⌝ moderna, cuius oppositum mentitur Antichristus cum ⌜[p]apostolis suis[p]⌝ dicendo ⌜[q]quod alius fuit status ecclesie temporibus apostolorum et alius[q]⌝ ecclesie ⌜[r]moderne; et[r]⌝ accipiendo ecclesiam pro congregacione prelatorum abutencium statu[s] vocacionis sue cum fautoribus suis quorum caput est Antichristus.[t] Verum[u] dicunt quia[v] ecclesia primitiva servavit statum in quo posuit ⌜[x]eam[w] Deus[x]⌝ per omnem differenciam graduum suorum, sed hec congregacio modernorum sinagoga[y] Satane[z], statum vocacionis sue servare contempnit[a]; sed si intelligatur quod ecclesia catholica[b], id est numerus electorum, non servat perfeccionem ecclesie primitive, est plane hereticum quia *iota*[c] *unum aut* ⌜[d]*unus apex*[d]⌝ *non preteribit a lege* ⌜[e]*donec omnia fiant*[e]⌝[f]. ⌜[h]Et quia[g] huius oppositum intendit[i] per distinccionem illam collegium Antichristi[j], ideo se plane sinagogam[k] Sathane Christo adversantem ostendit. Habet eciam quilibet predicator fidelis ewangelium eternum id est predicacionem eternam promittentem et complentem et ad eternitatem ducentem id est trahentem homines ne sperent in caducis temporalium rerum. Vidit ergo Iohannes angelum habentem Ewangelium eternum ut ewangelizaret[h]⌝, ***sedentibus super terram***,[l] ut superet eos, |*B 183va*| separando ab Antichristo[m] conformes doctrine ewangelice faciendo, ⌜[o]***et super omnem gentem et tribum et lingwam***[n] ***et populum***[o]⌝, id est omnimodam[p] diversitatem[q] illorum qui in terrenis morantur, ***(Rv 14:7) dicens***[a] ⌜[b]***voce magna***[b]⌝, ⌜[c]id est[c]⌝ tam ⌜[d]affectu quam effectu[d]⌝, perswasione et predicacione manifesta: ***Timete Dominum***[e] ⌜[f]timore casto[f]⌝ ut Filius Patrem, non illas bestias superius memoratas, ***et date illi honorem***, ewangelio[g], iuxta differenciam vocacionis vestre, obediendo[h], in quo maxime a nobis honoratur Deus, ***quia venit hora iudicii eius***, quia dominium[i] ⌜[j]predictarum bestiarum[j]⌝ in ecclesia est manifestissimum signum uicinitatis[k] iudicii extremi. Et ideo si forte persecucionem patimini[l] ab Antichristo[m] et suis nolite deficere quia non longo tempore paciemini, ⌜[n]et si gravis nimis vobis appareat persecucio Antichristi[o] petite ⌜[p]a Christo auxilium[p]⌝ et iuvabit vos[n]⌝, ***et adorate eum***,[q] cultu latrie, ***qui fecit celum et terram mare***[r] ***et omnia que in eis sunt*** ⌜[s]***et fontes aquarum***[s]⌝, nam[t] Antichristus quamvis iactet se ⌜[u]equalem ⌜[v]habere[u]⌝ potestatem[v]⌝ cum Christo, sed potestis bene percipere et clare quod mentitur, quia nec ⌜[w]celum nec mare nec terram[w]⌝ ⌜[x]aut quicquam[x]⌝ quod est in eis naturale[y] fabricare poterit, nec iam deformata per peccatum reformare[z] que omnia fecit Christus, *quia omnia per ipsum* ⌜[a]*facta sunt*[a]⌝ *et verbum caro factum est*[b] ⌜[d]*et habitabit*[c] *in nobis*[d]⌝; ⌜[e]fecit eciam terram quia sollidos[f] in virtutibus et mare in amaritudine peccatorum ⌜[h]detentos[g] non eorum[h]⌝ peccata quia sine ipso factum est nichil[i], id est peccatum, secundum Augustinum *super Iohannem*, et fontes aquarum id est scripturas sacras ordinavit a quibus derivatur omnis doctrina necessaria ad salutem et que sole faciant spiritualem sitim pacientem[j]. Et quia de plenitudine potestatis Pape[k] iam tactum est et frequenter in predictis. Queritur hic unde sumitur fundamentum ⌜[l]tante potestatis[l]⌝; ad quod dicitur secundum eius fautores quod sicut apostoli habebant potestatem[m] clavium singuli pro sorte predicacionis sue, sed Christus generalem quam ascendens in celum vel ante[n] post resurreccionem sive alias Petro comisit[o] et successo/*B*

*183vb*|ribus suis, sic ceteri episcopi vocantur in partem solicitudinis ecclesie, sed solus Papa habet plenitudinem potestatis sicut ⸢[p]Christus cum[p]⸣ erat in terris et post eum Petrus. Sed quod istud stare non potest probo. Evidenter Petrus post ascensum Christi ad celos habuit superiorem in ecclesia militante, scilicet Iacobum[q] fratrem Domini episcopum Ierosolimitanum, ergo Petrus supra[r] ceteros apostolos post ascensum Christi in ecclesia militante non habuit iurisdiccionem generalem, patet consequencia et antecedens, Actuum XV[s], in sinodo[t] ab apostolis celebrata de non observando legalia cum sacramentis[u] nove legis, ubi cum[v] magna conquisicio fieret, surgens Petrus peroravit instanter de legalibus ⸢[w]non observantibus[w]⸣ cuius sentenciam[x] confirmans Iacobus Ierosolomitanus causam diffinivit in hunc modum: *Propter quod*, inquit, *ego iudico non inquietari eos*, scilicet per observanciam legalium *qui ex gentibus convertuntur ad Deum*; ergo Petrus advocatus erat in hac causa et Iacobus Ierosolimitanus iudex, ergo Iacobus Petro in hac ⸢[y]causa prior[y]⸣ erat et patronus cum iudicis officium advocati generaliter antecedit. Confirmatur racio ex omnibus hystoriis et cronicis que ponuntur de hac materia, nam secundum omnes illas Iacobus frater Domini fuit unanimi asensu[z] omnium apostolorum electus in successorem Christi ad pontificium[a] Ierosolimitanum et apostolorum episcopus constitutus, sed pontificio[b] ante functus erat sicud declarat Augustinus super illud psalmi *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*, et super illud *episcopatum eius accipiat[c] alter*, ergo vel eleccio sua ad pontificium Ieroslomitanum incassum est celebrata ab apostolis vel sibi virtute illius eleccionis collata est dignitas archipresulatus, alioquin false apostolorum episcopus ab eis appellaretur; ergo si quid primitatis prelacie mansit in ecclesia militante post ascensum Christi illam obtinuit unanimi asensu[d] omnium apostolorum ⸢[e]Iacobus episcopus |*B 184ra*| Ierosolimitanus[e]⸣. Unde breviter dicitur quod apostoli equalem habent potestatem et dignitatem apostolatus, singuli in iurisdiccione sua et non ultra; unde sicut potestas Iacobi Ierosolimitani se extendebat per totam diocesim[f] suam et non ultra, sic de Andrea respectu iurisdiccionis sue, sic de Iohanne et aliis excepto Paulo qui solicitudinem[g] habuit omnium[h] ecclesiarum; sic Petri potestas, postquam Romam venerat, per totam ecclesiam occiduam et non ultra se extendebat, alioquin oportet inponere calumpniam[i] contumacie omnibus apostolis aliis qui sibi honorem prerogative prelacie militantis ecclesie nunquam deferebant statuentes, plantantes, evellentes, dirimentes, ordinantes quecumque suis ecclesiis oportuna[j], Petro postquam Romam venerat penitus inconsulto; raciones in contrarium non sunt hic inserende quia frequenter alias omnes ⸢[k]illas quas[k]⸣ pro generalitate primitatis sue aducit Papa plane militare deduxi contra caput suum[e]⸣.[l] ***(Rv 14:8) Et alius[a] angelus,[b]*** predicator ewangelicus a Deo missus, ***secutus est***, quia sibi invicem succedunt predicatores nec unus ⸢[c]solus sufferre[c]⸣ posset[d] tantum laborem quod declararet[e] omnem porcionem legis ewangelice contra Antichristum, sed unusquisque iuxta graciam[f] sibi datam ponit porcionem suam, ***dicens: Cecidit***, in potencia[g] ⸢[h]sua inperiali[h]⸣, ⸢[i]***cecidit*** in[i]⸣ potencia sua sacerdotali, ***Babilon[j,k] illa magna[l]***, id est Roma in qua diu viguit confusio legis ewangelice, iuxta illud prima Petro[m] ultimo[n]: *Salutat vos ecclesia que est in ⸢[o]Babilonia electa[o]⸣*, ubi[p] *Glosa[q]*: *Romam*, inquit, ⸢[r]*Babiloniam vocat[r]⸣ propter confusionem multiplicis ydolatrie[s,t]*. ⸢[u]Et certe[u]⸣ multo magis[v] iam diu Babilonia, id est, confusio propter multiplicem simoniam[w], avariciam et cupiditatem in ea continuatam, ⸢[x]que est verissima[y] ydolorum servitus secundum apostolum poterit appellari[x]⸣. ⸢[z]Non enim hoc quod dicitur in textu ***cecidit cecidit Babilon[a] illa magna*** de ⸢[c]orientali[b] Babilonia[c]⸣ ⸢[d]potest intelligi[d]⸣ quia illa cecidit et destructa[e] a Persis[f] |*B 184rb*| longe ante incarnacionem nec esset ⸢[g]ad propositum[g]⸣ quia tum[h] hic agat[i] propheta de precipua sede Antichristi et Babilonia orientalis a solis draconibus inhabitatur[j,k] serpentibus et bestiis inmundis; ergo, cum Antichristus[l] sit purus homo, ut liquet ex predictis, patet quod locus ille non est aptus ⸢[m]habitacioni sue[m]⸣ aut alterius hominis cuiusquam; cum ergo de sola

Babilone[n] orientali vel occidentali fiat mencio in scripturis, ab orientali semoto[o] intellectu[pq], necessario de Babilone ocidentali interpretandus est textus premissus per quam Babilonem civitas Romana[r] intelligitur secundum omnes que tam[s] cecidit ab utraque potestate scilicet inperiali et sacerdotali, quod[t] imperio eius ab omnibus contempto, maior pars Christianitatis Clementi favendo[u] Avinionensi potestatem eius sacerdotalem nullam ducit sed penitus exsecrandam[v]; ***cecidit ergo, cecidit Babilon***[w] ***illa magna*** tam in propria reputacione nonobstante sua tanta deieccione quam in maxima ⌜[x]avaricie et superbie[x]⌝ contumacia[y] nec non et contra ewangelium perversissimo dogmate[zz]⌝, ***que***[a] ***a vino ire fornicacionis sue potavit omnes gentes***, ⌜[b]continuando scilicet[b]⌝ simoniam[c] et consequenter ydolatriam ⌜[d]et fornicacionem[d]⌝, substituendo promociones ecclesie[e] huiusmodi simoniacis[f], ⌜[g]ydolatris et[g]⌝[h] dissipantibus bona ecclesie, vivendo luxuriose, et sic provocando iram Dei contra eam. ***(Rv 14:9)*** ⌜[c]⌜[b]***Et tercius***[ab]⌝ ***angelus***[c]⌝, predicator ⌜[e]scilicet[d] ewangelicus[e]⌝, ⌜[f]missus a Deo[f]⌝, ***secutus est illos, dicens voce magna***: non dimittens ⌜[h]pro[g] timore[h]⌝ mortis: ***Si quis adoraverit bestiam***, id est Antichristum, contempto ewangelio[i], sue doctrine adherendo, ***et ymaginem eius***, se sibi conformem in vita vel[j] doctrina faciendo[k], ***et accepit***[l] ***caracterem in fronte***[m], ipsum verum apostolicum, non obstante tanta appostasia[n] sua, ut habetur in predictis, profitendo[o], ***aut in manu sua***, eum opere,[p] consilio aut favore imitando[q] |*B184va*| ⌜[r]vel defendendo[r]⌝, et hoc irrevocabiliter. ***(Rv 14:10) Et hic bibet***[a] ***de vino ire Dei***, ⌜[c]id est[b] de eterna dampnacione a Deo[c]⌝ infligenda. Et dicitur: quod bibet[d], quia sicut potus[e] inebriat et non cibus, sic[f] dampnacio eterna quos reciperit[g], ⌜[h]in corpore pariter et anima[h]⌝ penitus absorbebit. ⌜[i]Dicitur autem[j] hic[k] dampnacio vinum ⌜[l]ire Dei[l]⌝, non quod Deus irascitur[m] aut irasci potest sed quia[n] vindicta illa maxima est et irretractabilis ⌜[o]sicut multum irati crudeliter[o]⌝ se vindicant et sine retractacione[i]⌝; ***quod***, scilicet vinum eterne dampnacionis, ⌜[p]***mixtum est***[p]⌝ ***mero in*** ⌜[q]***calice ire ipsius***[q]⌝, quia in presenti vita vinum purum bibitur, dum Deus flagellat[r] peccatores ad eorum emendacionem sicut illud[s] quod est superius in calice prius potatur, sed fex calicis vindicte Dei bibitur[t] in futuro, quando de vindicta illata non est spes evasionis, ***et cruciabitur*** ⌜[u]***igne*** remorsus[u]⌝ consciencie, ***et sulphure***[v], id est fetore, ***in conspectu angelorum sanctorum***, quod augebit dampnatorum cruciatum ut visa claritate eorum tabescant[w],[x] ***et ante conspectum agni***, quem sequi contempnebant in vita, adherentes Antichristo; ***(Rv 14:11) et fumus tormentorum***[y] ***eorum*** ⌜[z]***in secula seculorum ascendet***[z]⌝, quia sine fine perseverabit[a], ***nec habent requiem*** ⌜[b]***die ac nocte***[b]⌝, in quo confutatur heresis[c] eorum qui dicunt dampnatos quandoque ⌜[d]simpliciter quiescere[d]⌝ a tormentis. ⌜[e]Si dicerent quod aliquando ⌜[f]mitigantur forte[f]⌝ pene infernales ⌜[g]dampnatis convenirent Augustinus[g]⌝ in suo *Enchiridion*[h], sed ponere quod aliquando vacent[i] ab omni pena est expresse contra textum istum[j] et per consequens est hereticum. Confutatur[k] eciam ex eodem fetidissima heresis fratrum celebrancium trecenalia[l] quedam Gregorius[m] appellata intuitu[n] liberandi animas ab inferno, et quia huius heresis dicunt se fundatorem habere Gregorium qui animam Troiani[o] liberavit ab inferno, ecce nunc quam ⌜[p]plane diffiniat contra hoc[p]⌝ sanctus Gregorius |*B 184vb*| IIII° [q] *Dialogorum*[r] ubi Petrus querit ab eo : *Ubi est*, inquit, *quod sancti sunt si*[s] *pro inimicis suis quos tunc ardere viderint*[t] *non orabunt quibus utique*[u] *dictum est*[v] *'Pro inimicis vestris orate'. Et respondet*[w] *Gregorius*: *'Orant*, inquit, *pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam penitencaim eorum corda convertere atque ipsa*[x] *conversione salvare*[y]; *quid*[z] *enim* ⌜[a]*aliud pro inimicis*[a]⌝ *orandum est nisi hoc quod ait apostolus 'ut det*[b] *illis* ⌜[d]*Deus*[c] *penitenciam*[d]⌝ *ad cognoscendam veritatem et resipiscant a Dyaboli laqueis a quo captivi tenentur ad eius voluntatem*[e]*', et quando* ⌜[f]*pro illis tunc*[f]⌝ *orabitur qui iam nullatenus possunt ad iusticie opera*[g] *ab iniquitate conmutari'. Et eadem itaque causa est cur non oretur tunc pro hominibus infidelibus inpiisque eterno igne dampnatis; que eciam* ⌜[h]*causa est*[h]⌝ *ut non oretur pro Dyabolo angelisque eius eterno supplicio*[i] ⌜[j]*deputatis*[k]; *que nunc eciam est*

*causa ut* ⸢[m]*non*[l] *orent sancti homines pro hominibus*[m]⸣ *infidelibus inpiisque*[n] *defunctis quia de hiis utique quos deputatos eterno supplicio*⸣ *iam noverunt ante illum Iudicis iusti conspectum oracionis sue meritum cassari refugiunt*. Hec Gregorius. Forte dicerent[o] quod non constat eis de dampnacione finali aliquorum ante iudicium extremum, sed hoc iterum est hereticum quia *mortuus est dives et sepultus est in inferno*, et de multis aliis tyrranis[p] loquitur scriptura: *Qui persequebantur populum tuum demersisti*[q] *eos in infernum*; unde quo ad Troianum[r] est dicendum quod ipse non fuit dampnatus sentencia diffinitiva, hoc est pro suo eterno, sed specialiter reservatus a Deo ut precibus sancti Gregorii in spem salutis eterne poneretur anima sua quam in vita non habebat. Unde omnino est tenendum quod ante quam Gregorius oravit pro eo habuit ad hoc faciendum revelacionem[s] vel instinctum aliquem specialem a Deo, |*B 185ra*| quidquid[t] balbuciant[u] falsi fratres et propterea eo magis hereticant quo privilegium Gregorii non extendunt absque pari[v] instinctu divino in sequelam trahunt generalem, ***nec habent*** ⸢[w]pertinaces Antichristi[w]⸣ defensores ***requiem die***, id est in claritate sanctorum, quia ea visa amplius torquentur, ***et nocte***, neque tenebris scilicet inferni in quibus eternaliter detrudentur[xe]⸣, ***qui adoraverunt bestiam et ymaginem eius***,[y] Antichristum videlicet[z] vel eius sequacem[a], ipsis quomodolibet[b] favendo finaliter, ***et si quis ceperit***[c] ***caracterem nominis eius***,[d] ipsi favendo verbo et opere. ***(Rv 14:12) Hec***[a] ⸢[b]***paciencia sanctorum est***[b]⸣, non minus insistendo ad declaracionem ewangelice veritatis ⸢[c]quod Antichristus[c]⸣ plures habeat sequaces et fautores, ⸢[e]hoc docencium[d] exemplo quod predicant[e]⸣ verbo vivendo ewangelice, ⸢[f]et hoc est quod sequitur[f]⸣ ***qui custodiunt mandata Dei***,[g] iuxta statum vocacionis sue, ***et fidem Ihesu***, in ewangelio contentam[h] contra Antichristum et omnes fautores suos. Et sequitur eorum remuneracio ⸢[i]si sic moriantur[i]⸣, ⸢[j]cum dicitur[j]⸣: ***(Rv 14:13) Et audivi vocem de celo dicentem***[a]: ***Scribe***,[b] tam in corde tuo quam in libro ad memoriam futurorum. ***Beati mortui***, habentes quidquid[c] volunt, nichil[d] volentes quod non decet, ***qui in Domino***, ⸢[e]id est[e]⸣ in confessione ewangelice veritatis contra Antichristum defensate[f], ***moriuntur***[g] anima a[h] ⸢[i]misera carne[i]⸣ separata. ***Amodo***[j], scilicet[k] a tempore mortis si occidantur[l] ab Antichristo et generaliter de omnibus ⸢[n]iustis[m] a tempore[n]⸣ resurreccionis carnis, ***iam***[o] ***dicit Spiritus***, id est tota[p] Trinitas hoc promittit, ***ut requiescant***[q] ***a laboribus suis***,[r] quos in vita pro defensione ewangelica ⸢[s]ad sustinendo[s]⸣ graves temptaciones passi sunt[t], ***opera enim***[u] ***illorum***[v] in caritate facta, ***secuntur***[w] ***illos***[x], ⸢[y]ad eternam remuneracionem vel[y]⸣ methonomia[z] est, ***opera***, id est merces operum suorum ⸢[a]secuntur eos[a]⸣ eterna pro temporalibus tribuendo. ***(Rv 14:14)*** ⸢[a]***Et vidi***, etc.[b]: ostensa remuneracione beatorum |*B 185rb*| et inimicorum Antichristi per quam reliquos invitat ad eorum consorcium, supponit dampnacionem inpiorum[c] ut ⸢[d]per eius[d]⸣ terrorem ducat ad idem propositum dicens[a]⸣: ⸢[e]***Et vidi***[f] ***et ecce*** ⸢[g]***nubem***[e]⸣ ***candidam***[g]⸣, id est sanctos vel carnem dominicam, ***et supra***[h] ***nubem***[i] ***similem filio hominis***, id est Christum super[j] sanctos residentem et specialiter protegentem contra Antichristum, vel: divinitas Christi supra[k] suam humanitatem[l]. Et dicitur Christus iam[m] ***similis filio hominis*** quia ⸢[n]filii hominum adhuc sunt passibiles et mortales, ipse ⸢[o]autem iam quasi[o]⸣ filius hominis tamen[n]⸣ nunc inpassibilis[p] et inmortalis[q], ***habentem in capite suo***, id est in[r] seipso qui est caput nostrum, ***coronam auream***, ⸢[s]id est[s]⸣ insigne[t] victorie ⸢[u]contra Dyabolum[u]⸣ quem per stulticiam crucis sapientissime superavit[v]. ⸢[w]Et propterea dicitur hec[w]⸣: ⸢[x]***corona aurea***[x]⸣ quia sicut aurum ⸢[y]ceteris prestat metallis[y]⸣, sic sapiencia ewangelica quamvis mundi amatoribus stulta videatur est[z] preciosior omnibus rebus, ⸢[a]***et in manu sua***, id est in potestate sua, ***falcem acutam*** id est iudiciariam sentenciam bonos a malis separantem. ***(Rv 14:15) Et alter***[a] ***angelus***,[b] quilibet zelator et predicator ewangelice veritatis desiderans iudicium extremum in quo manifestabitur omnibus veritas doctrine sue contra Antichristum, ***exivit de templo*** se manifeste ostendens qualis prius latuit veritatem ewangelicam publice contra Antichristum advocando[a]⸣ ***clamans***, ⸢[c]id est[c]⸣ affectuose[d] orans, ***voce magna***,[e]

intensa cordis affeccione[f] ⌜[g]et devocione[g]⌝, ***ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam,***[h] iudicium[i] exercendo, ***et mete,***[j] tuos in oreum[k] celestis curie colligendo, ***quia hora est ut metatur;***[l] Antichristo confuso et numero electorum tuorum inpleto[m], ***quoniam maturavit***[n] ***messis terre***, ⌜[o]id est tempus[o]⌝ advenit quo boni remunerentur,[p] mali dampnentur sine fine. ***(Rv 14:16) Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram et*** |*B 185va*| ***messuit terram***[a],[b] quoslibet[c] per differenciam meritorum in celo et in inferno remunerando. Et sic patet iudiciaria potestas ipsius Christi quam exercebit in iudicio extremo. Et consequenter subiungitur de potestate iudiciaria sanctorum[d] Christo ⌜[e]in iudicio illo[e]⌝ assistencium ⌜[f]et iudicancium[f]⌝ ⌜[g]ex potestate sibi a Christo[g]⌝ collata dicens[h]: ***(Rv 14:17) Et alius angelus***, id est ⌜[a]predicator quilibet[a]⌝ de ⌜[b]corpore Christi mistico[b]⌝ existens, ***exivit***, ⌜[c]qualis prius[d] erat intus, iam foris apparens[ec]⌝, ***de templo***, id est de ipso corpore mistico ecclesie ⌜[f]in quo habitat Deus, ⌜[g]***quod est***[g]⌝ ***in celo***[f]⌝, ⌜[h]per vitam celestem et doctrinam[h]⌝, ***habens et ipse falcem***[i] ***acutam***, id est iudiciariam potestatem iudicandi ⌜[j]a Christo collatam[j]⌝,[k] Mathei XIX° [l] ⌜[m]*iudicabitis XII*[n] *tribus Israel*[m]⌝, ⌜[p]quia ⌜[o]secundum *Glosam*[o]⌝ ibidem[p]⌝, qui[q] omnia relinquunt propter Christum vivendo ewangelice ⌜[r]et docendo[r]⌝, illi iudicabunt, alii vero iudicabuntur ab eis. Et hoc est quod ⌜[s]subdit: ***(Rv 14:18) Et alius angelus***[s]⌝, id est ipse[a] Christus, ***exivit de altari***, omnia secreta scripturarum iam in iudicio illo extremo conpleta demonstrans. Et bene ⌜[b]scripture ille altare dicuntur[b]⌝ pro quorum defensione[c] parati[d] fuerunt se offerre omnes sancti ab initio mundi, ***qui***, scilicet Christus, ***habet***[e] ***potestatem***, ex divinitate essencialiter[f] ex humanitate sibi collatam[g], ***super***[h] ***ignem et aquam***, id est super[i] omnes penas infernales, eas[j] a calore in frigus excessivum et e converso[k] alternantem[l], iuxta illud Iob: *Transibunt,* ⌜[m]scilicet dampnati[m]⌝, *ab aquis nivium*[n] *ad* ⌜[o]*calorem nimium*[o]⌝, ***et exclamavit***[p] ***voce magna***, ⌜[q]id est[q]⌝ magne[r] auctoritatis imperio, ***ad eum***, ⌜[s]scilicet quemlibet sanctum sibi in iudicio assistentem[ts]⌝, ***qui habet***[u] ***falcem acutam***, id est iudiciariam potestatem sibi ab eo comissam[v], ***dicens: Mitte falcem tuam***[w], ⌜[y]***et vindemia***[x] ***botros vinee terre***[y]⌝, id est vindemiandos et condempnandos ⌜[z]a Christo[z]⌝ denunccia acriori ceteris pena qui Antichristi cultores fuerunt ⌜[a]magis spirituales[a]⌝, et hoc est quod dicitur hic in *Glosa*: *per messem,* inquit[b], *terre et per uvas*[c] *vinee terre, eorundem malorum dampnacio intelligitur, sed tamen per* ⌜[d]*vineam* |*B 185vb*| ⌜[e]*illos*[d]⌝ *determinancius habemus*[e]⌝ *qui maiori studio mala operantur, sicut vinee ut fructificet maior cura quam terre adhibetur*. Cum[f] ergo Antichristus sit omnium hominum pessimus, ipse hic per vineam datur intelligi, et per botros ⌜[g]eius principes et apostolos[g]⌝, eius fautores, ceteris acriores intelligere debemus[h]; ***vindemia*** ergo[i] ***botros vinee terre, quoniam mature*** ⌜[k]***sunt uve eius***[jk]⌝, quia ex premissis patet quod[l] omnia que[m] predicuntur ⌜[n]ab ipso[n]⌝ propheta de Antichristo et suis iam sunt inpleta[o]. Et bene dicitur Antichristus vinea, et ⌜[p]principes et apostoli eius[p]⌝ botri quia sicut liquor a vinea egrediens et in botros[q] decoctus pre ceteris liquoribus habet virtutem inebriandi, sic ⌜[r]Antichristus et principes[r]⌝ racione sue ⌜[s]magne potestatis[s]⌝ in ecclesia et habundancie diviciarum et[t] apostoli sui racione sanctitatis simulate, habent maximam efficaciam[u] pervertendi homines ab ewangelica veritate ⌜[v]ita quod[v]⌝ ad tantam ebrietatem sunt ducti plures ut legem ewangelicam inutilem putent regimini christianorum. ⌜[x]⌜[w]Si autem[w]⌝ pre ceteris ⌜[y]legibus uti digna est culta esset et honorata, omnis causa ⌜[z]pocius ea quam quacumque alia[y]⌝ lege[z]⌝ esset decisa, cuius oppositum exerceri novit totus mundus[x]⌝. ***(Rv 14:19) Et misit angelus,***[a] assistens[b] iudici ad preceptum suum obediendo, ⌜[c]***falcem suam***[c]⌝,[d] iudiciariam ⌜[f]suam[e] potestatem[f]⌝ exercendo; ***et vindemiavit vineam***[g] ***terre***, omnes malos a bonis separando, ***et misit eos***[h] ***in lacum***[i] ***ire Dei magnum***[j], id est in infernum qui magnus dicitur quia pro ⌜[l]voluntate Diaboli[k] os eius[l]⌝ ⌜[m]omnes deglutiret[m]⌝, et quia pena[n] sua est infinita; ***(Rv 14:20) et calcatus est lacus***[a] quia quanto plures sunt mali in unum congregati tanto turpior comitiva[b], eciam methonomice[c] quia ipsi dampnati iugiter calcantur ⌜[d]a tortoribus[d]⌝ suis, ***extra civitatem*** ⌜[e]scilicet celestem[e]⌝ quia dampnati ponuntur[f] |*B 186ra*| extra consorcium

omnium civium regni celorum, ***et exivit sangwis***[g] ***de lacu***, id est pena inferni pro mortali peccato inflicta extendebat se, ***usque ad frenos equorum***[h], id est usque ad ipsum Antichristum et ceteros principes et apostolos suos puniendo sub diabolo[i] sicut equus ⸢[j]edomatur freno[j]⸣, ⸢[l]***per stadia mille sexcenta***[k][l]⸣, id est per omnem penam ⸢[m]pro quacumque[m]⸣ differencia peccatorum in stadio huius mundi conmissorum[n] inflictam. Et ponit hic stadium pocius quam aliam mensuram quia sicut spacia ludorum apud antiquos stadio[o] fuerunt mensurata, sic pro omni genere viciorum in quibus se delectant homines in stadio huius vite, mensuratur[p] pena dampnacionis eterne. Dicitur autem hoc totum ad designandum horrorem dampnacionis eterne quia sicut multum horribile esset videre aliquem equitantem in sangwine[q] usque ad frenos equi per stadia mille sexcenta, sic multo horribilior erit pena quam dampnati in inferno continue[r] sustinebunt. ⸢[s]Queruntur hic tria. Primo[t]. Ex quo[u] Urbanus sextus[v] iam mortuus[w] est in quo omnia misteria Antichristi fuerunt inpleta[x], nunquid eciam mortuus sit Antichristus? Dico quod sic sed non minus adhuc ⸢[y]vivit quia[y]⸣ non est[z] attendendus Antichristus penes personam sed penes officium et ⸢[a]potestatem qua[a]⸣ legem ewangelicam ⸢[b]inpugnat et conculcat[b]⸣ suam statuendo adversam ut habetur in predictis. ⸢[c]Unde sic[c]⸣ se habens Papa iam residens eque est[d] Antichristus ille magnus tenendus sicut et ⸢[e]predecessor suus quicumque[e]⸣. ⸢[f]Nec per hoc excluditur ille Robertus[g] Clemens iam residens Avinione[h] quia pari potestate, ut fertur, legem ewangelicam inpugnat sicut et Papa Romanus et sic tenendum est de successore suo, sic se habente[i] post mortem suam quiscumque fuerit[j][f]⸣. Unde ut[k] conmuniter Antichristus in isto libro designatur in similitudine bestie monstruose[l] in signum quod non una persona aliqua sed plures tales ⸢[m]colligati in unum[m]⸣ ipsum Antichristum constituunt conversacionem ewangelicam et doctrinam penitus contempnentes. ⸢[n]Secundo queritur utrum[o] sint ignis et aqua materiales[p] ad penam dampnatorum in inferno sicut[q] |*B 186rb*| innuitur[r] in ⸢[s]libro isto[s]⸣ et similiter in ewangelio. Ad quod dico:[t] si catholicum[u] est placet; verum tamen dico quod nulla est necessitas cogens ex scripturis vel racione quod sit ⸢[v]ibi ignis[v]⸣ aut aqua materialis quia ignis ut conmuniter ponitur in scripturis ponitur[w] pro quocumque genere pene et sic de aqua in tantum quod Augustinus frequenter dicit in scripturis suis quod parwuli decedentes ante baptismum et ante quam contrahant actuale peccatum deputabuntur igni eterno quod de igne materiali[x] intelligi non potest, quia tunc ultra penam dampni punirentur pena sensus cum ceteris dampnatorum, quod non est catholicum sed tamquam hereticum ab omnibus reprobatum. Potest ergo probabiliter dici quod per ignem infernalem intelligitur calor excessivus et per aquam frigus excessivum, et hoc videtur innui in Job cum dicitur : *Transibunt ab ⸢[y]aquis nivium[y]⸣ ad calorem nimium*. Sed certum est quod per calorem istum intelligitur idem quod per ignem infernalem, ergo per ignem istum intelligitur calor excessivus proveniens ex intemperancia humorum, per aquam frigus excessivum ut premisi, hoc idem innui videtur in textu premisso cum dicitur, ***quod exivit sangwis de lacu,*** etc.[z], sed certum est quod per sangwinem istum intelligitur pena inferni et tamen non fluet[a] ibi ⸢[b]aliquis talis[b]⸣ sangwis materialis, ergo cum pena inferni hic tropice designetur per sangwinem. Videtur eciam tropice intelligendum cum ⸢[c]pena illa[c]⸣ designetur per ignem per ipsum intelligendo calorem nimium[d] ut premisi. Verum tamen questio ista magis ad curiositatem ⸢[g]spectat quam ad[f] utilitatem[g]⸣ et propterea ea[h] quod placet aliis in ista materia ⸢[i]sive uno modo intelligendo sive alio[i]⸣ placet et mihi. Tercio[j] queritur utrum locus inferni sit sub terris. Ad quod dicitur a multis quod sic, ymmo in centro terre secundum omnem differenciam posicionis a celo remotissimo, et hoc videtur innui cum dicitur superius quod neque[k] subtus terram inventus est qui posset solvere librum, etc.[l] Et quantum ad aliquos dampnandos forte ita est quod erunt clausi sub terris, et si sit catholicum placet. Sed dico sicut in priori |*B 186va*| conclusione quod nulla est necessitas cogens ad hoc[m] tenendum, unde quod[n] dicitur quod[o] infernus in isto libro dicitur[p] subtus

terram, potest dici ⌜[q]quod ideo[q]⌝ ⌜[r]dicuntur dampnati[r]⌝ subtus terram, quia sunt extra statum[s] merendi quem habuerunt dum fuerunt viventes supra terram, et sic cum dicitur in psalmo quod *eripuisti animam meam ex inferno inferiori* potest dici quod dicitur infernus inferior quo ad profunditatem ⌜[t]pene amplioris, non quantum ad profunditatem[t]⌝ ⌜[v]situs[u] infernalis[v]⌝. ⌜[w]Et quantum ad[w]⌝ parvulos[x] decedentes ante baptismum non videtur mihi ponendum quod debeant tradi subtus terram cum secundum omnes theologos disserentes de ista materia erunt participes maioris gaudii et iam sunt quam ⌜[y]possit esse rex terrenus[y]⌝ quamtumcumque magnus; et de aliis dampnatis eciam pro actualibus peccatis est tenendum quod multi eorum quantum ad penam sensus satis leves penas sustinebunt[z] iuxta differencias meritorum suorum vel demeritorum, non tam acriter afflicti[a] sicut Antichristus hic cum suis affligit[b] fratres suos[c] eos perpetuis carceribus mancipando[d]. Et sic finitur quarta visio principalis huius libri et sec$^{a}$ [e] pars principalis huius exposicionis[s]⌝[n]⌝.

## [Apocalypsis XX]

XX[a]

***(Rv 20:1)*** ⌜[b]⌜[c]***Et vidi angelum, etc.***[c]⌝ In hac ultima parte huius visionis agitur de finali destruccione et dampnacione ipsius[d] Dyaboli qui ⌜[f]est[e] precipuus[f]⌝ intentor Antichristi et omnium malorum contra doctrinam ewangelicam insurgencium. Unde *Glosa*[g]: *Dicta*, inquit[h], *dampnacione Babilonis et Antichristi et pseudoapostolorum supponit dampnacionem ipsius Dyaboli et preponit*[i] *causam quare et tempus quo dampnabitur et quis illum poterit vincere, scilicet ille qui humili adventu potuit*[i] *illum ligare quantum voluerit*[j], *glorificatus eum omnino destruere poterit*. ⌜[k]Dividitur autem textus sequens usque in finem totalis visionis[k]⌝ in quinque partes principales[l] in quarum prima agitur de iudicis potencia ⌜[m]in prima[n] Dyaboli ligacione, in 2ª[o] de militum suorum contra ipsum dimicancium prima remuneracione; in 3ª[p] de ipsius Dyaboli iterata solucione; in quarta[q] de ipsius finali dampnacione; in quinta[r] de huiusmodi ad maiorem ⌜[s]penam inpiorum[s]⌝ subversione. Partes patebunt in processu. Quo ad primum ergo dicit[b]⌝[m]⌝[t]: ***Et vidi angelum*** id est Christum, ***descendentem de celo***[u] ad iudicium finale, ***ha***|*B 201ra*|***bentem clavem abissi*** id est potestatem super abissos id est demones quia nihil faciunt nisi iussi vel[v] permissi a Deo, ***et cathenam magnam in manu sua***, id est inevitabilem potenciam qua omnes demones constringuntur[x] in operacione ⌜[y]omnium misteriorum incarnacionis sue[y]⌝. ***(Rv 20:2) Et aprehendit draconem***,[a] violencia nocendi: sic dictum et causam habuit quia ipsum Christum inmunem a peccato tanquam malefactorem suplicio crucis per membra sua occidit, ⌜[b]aprehendit ergo draconem[b]⌝, ***serpentem***, pro fallacia[c], ***antiquum***, quia in principio mundi nocuit, ***qui est Dyabolus***, semper deorsum in malo fluens quia usque in[d] diem iudicii semper peior et ⌜[e]peior se ipso est effectus[e]⌝, ***et*** ⌜[f]***Sathanas*** quia[f]⌝ operibus Christi et[g] doctrinis adversarius[h], ***et alligavit***[i] ***eum***, id est priori potestate privavit[j], ***per annos mille***, scilicet a tempore passionis Christi usque ad Antichristum, sed mille anni elapsi sunt a passione Christi et ultra trecenti quinquaginta septem[k], ⌜[l]⌜[m]quia ipse[m]⌝ passus est tricesimo IIIº etatis sue anno qui additi dicto numero faciunt trecentos nonaginta[n] annos qui[o] est presens data nostra quia sumus in anno ab incarnacione ⌜[p]Mº CCCº XCº[p]⌝[l]⌝.[q] Ergo ⌜[r]trecenti quinquaginta[r]⌝ septem[s] ⌜[t]anni elapsi sunt[t]⌝ postquam Antichristus primo regnavit ex ista prophecia. ***(Rv 20:3) Et misit eum in abissum***[a] id est ⌜[c]in[b] infideles[c]⌝ ⌜[d]lumine fidei[d]⌝ carentes quia abiectus a fidelibus, infidelibus cepit dominari atrocius, ***et clausit eum***[e] ***et*** ⌜[f]***signavit super illum***, id est licenciam agrediendi[f]⌝ et nocendi fidelibus usque ad tempus Antichristi introdixit et hoc virtute[g] crucis et signo quo eum superavit, ***ut non seducat amplius gentes*** tantum ⌜[h]quantum prius[h]⌝, ***donec consummentur mille anni,*** id est donec veniat Antichristus, ⌜[i]***et post hec oportet illum solvi***[i]⌝, ut habeat potestatem quam habuit ante adventum[j] Christi, ⌜[k]***modico tempore***[k]⌝ quia secundum computacionem Orosii[l] ⌜[m]*De* |*B 201rb*| *Ormesta mundi*[m]⌝ a principio mundi usque modo ⌜[n]fluxerunt sex[n]⌝ millia annorum, sexcenti[o] preter undecim[p]; ergo si ultimus millenarius mundi in quo iam sumus non plus continebit quam ⌜[q]aliquis millenariorum[q]⌝ preteritorum, sequitur quod ab isto anno Domini[r] MCCCXC[s] usque in finem mundi restant tantum ⌜[t]quadringenti undecim anni[t]⌝; ex quibus patet error eorum ⌜[u]qui deputabant[v][u]⌝ totum tempus regiminis Antichristi tribus annis solaribus sive usualibus cum dimidio, quia ex ista propehcia ⌜[w]manifeste patet[w]⌝ quod ipse ⌜[x]iam regnavit[x]⌝ 357[y] annis. Unde potest probabiliter dici quod tres anni cum dimidio deputati regimini[z] Antichristi sunt isti tres centenarii annorum et quinquaginta[a] elapsi regiminis sui. Et isti septem[b] anni ulteriores deputantur ⌜[d]tempori[c] illi[d]⌝ in quo primo[e] generaliter[f] Papa Romanus wlgatus est[g] a preconibus ewangelicis ille Magnus Antichristus a quo vix septem anni ⌜[h]sunt elapsi[h]⌝. Et sic iam sumus in illis ⌜[i]quadraginta quinque[i]⌝ diebus Danielis qui[j] dantur electis ad penitenciam, si forte in ⌜[l]aliquo Antichristo[k] consenserunt[l]⌝; nec illi dies sunt

universaliter[m] interpretandi[n], ⌜[o]sed sic ⌜[p]iam videntur[p]⌝ accipiendi ut cuilibet denario illius numeri corespondeat[q] unus centenarius[r] annorum qui[s] ex decem decalibus consurgit et illis quinque diebus residuis illi XI[t] anni residui[u] prius conputati ubi a decalogo receditur per ea que quinque sensibus conmisimus ut sic tam secundum modum conputandi Orrosii quam istius prophecie Danielis restent[v] in fine[w] mundi tantum ⌜[y]quadringenti[x] undecim[y]⌝ anni. De ista tamen conputacione non[z] sum securus quia *non est nostrum nosse tempora vel momenta[a] que Pater posuit in sua potestate*; nescio eciam si in ista conputacione sit sequendus Orrosius quia alii croniste variantur[b] ab eo de conputacione a principio mundi, sed hoc dico quod pro supposita conputacione Orrosii nemo usquam[c] legit conputacionem verisimiliorem de fine mundi et magis convenientem scripturis |*B 201va*|, sed ex prophecia ista hoc sine ambiguitate habetur quod ⌜[d]⌜[e]trecenti quinquaginta[d]⌝ VII[e]⌝ anni elapsi sunt postquam[f] Antichristus regnavit et quod tres[g] anni cum dimidio suo regimini conmuniter deputati non sunt usualiter accipiendi et quod sumus[h] in extrema parte duracionis mundi[o]⌝. ***(Rv 20:4) Et vidi sedes, etc.***[a] Hic incipit secunda[b] pars principalis huius ultime partis ⌜[c]istius quinte[c]⌝ visionis in qua ⌜[d]agitur de militum[d]⌝ Christi pugnancium pro fide ewangelica in primitiva ecclesia prima[e] remuneracione; et primo probat duo: primo,[f] dicta scilicet quod[g] potestas Dyaboli tunc ligata fuit quoad bonos et multum laxata quoad malos,[h] dicens: ***Et vidi sedes***, ⌜[i]id est quietem[i]⌝ sanctorum in lege ewangelica iam ligato[j] Dyabolo; per sedes eciam intelliguntur subiecti primitive ecclesie suis prelatis ewangelicis obedire parati[k]. ⌜[l]***Vidi*** ergo ***sedes***[l]⌝ ***et sederunt*** ⌜[m]***super eas***[m]⌝, scilicet prelati[n] primitive ecclesie, ***et iudicium datum est illis***, scilicet a Deo ut decernerent inter bonos et malos, ***et*** scilicet vidi ***animas decolatorum***,[o] a tyrannis[p] exsecutoribus capitis[q] sui Dyaboli[r] in primitiva ecclesia, ***propter testimonium Ihesu***[s], id est[t] doctrinam ewangelicam, ***et***[u] ***propter verbum Dei***[v],[w] advocantes quod Christus erat[x] Deus et homo in unitate persone. ⌜[y]Similiter ***propter testimonium Ihesu*** id est exemplum in ewangelica conversacione et ***propter verbum Dei*** in in ewangelica predicacione[y]⌝. Et sic patet[z] potestas Dyaboli occidens bonos in membris suis et eius debilitas non valens eciam per mortem auferre fidem ewangelii[a] a sanctis primitive ecclesie.[b] ***Et***[c] scilicet vidi animas interfectorum eorum[d] ***qui non adoraverunt bestiam***, id est Antichristum, ***neque ymaginem***[e] ***eius***, id est apostolos[f] eius, ***neque***[g] ***acceperunt caracterem eius***[h] ***in frontibus***[i], id est in manifesta Antichristi confessione, ***aut in manibus suis***[j], eum imitantes in operacione, sicut multi faciunt in hac moderna ecclesia; ***et vixerunt et regnaverunt cum Christo***, ewangelice vivendo et docendo, ***mille annis***, |*B 201vb*| quia tamdiu floruit doctrina ewangelica et prevaluit in ecclesia scilicet usque in adventum[k] Antichristi,[l] ***vixerunt***[m] ***et regnaverunt cum Christo mille annis***, id est perhenniter quia occisi a tirranis[n] in primitiva ecclesia aut in hac ultima non descendunt ad lymbum[o] ⌜[p]post mortem sicut sancti patres Antiqui Testamenti[p]⌝ sed statim evolant et sunt cum Christo in perhenni gloria. ***(Rv 20:5) Ceteri***[a] ***mortuorum***, scilicet in anima per peccatum, ***non vixerunt***[b], scilicet[c] post mortem, ***donec consumentur***[d] ***mille anni***, id est eternaliter sunt mortui; et ita, donec, ⌜[e]ponitur hic[e]⌝ negative quia ⌜[f]nec tunc[f]⌝ nec post[g] vivent[h] vita[i] beatorum. ***Hec***, ⌜[j]scilicet resurreccio iustorum in anima[j]⌝, ***est resurreccio prima***, ⌜[k]ad dexteram[k]⌝ illius que erit simul in anima et corpore. ***(Rv 20:6)***[a] ***Beatus est***[b] ***sanctus***, scilicet inferior aliquis fidelis tamen christianus, ***qui habet partem***,[c] iuxta merita sua et si non suprema cum perfectis, ⌜[d]***in prima resurreccione***[d]⌝ scilicet quod[e] Dyabolus ita ligatus est non valens eis nocere quantum vellet; et quod a peccatis resurgent[f] homines et quod[g] ipsis mortuis perfectam penitenciam prius inplentes de omnibus peccatis suis ⌜[h]statim anime[h]⌝ eorum fruuntur eterna requie, et[i] ***in hiis secunda mors*** ⌜[j]id est[j]⌝ dampnacio eterna que erit simul in anima et[k] corpore, ***non habebit***[l] ***potestatem sed erunt sacerdotes Dei et Christi***, eius[m] eternas laudes pro salute sua offerentes Christo Deo et homini, ***et regnabunt cum illo mille*** ⌜[n]***annis***, id est[n]⌝ sine fine quod convenienter per ⌜[o]millenarium numerum[o]⌝ perfectissimum[p] designatur, vel: per mille

annos intelligitur spacium quo prevaluit ecclesia[q] contra Dyabolum ante ⌜[r]adventum Antichristi[r]⌝. ***(Rv 20:7) Et cum consumati fuerint mille anni solvetur Sathanas***[a] priori[b] potestate accepta, ⌜[c]***de carcere suo***[c]⌝ ***et exibit***[d] exercendo potestatem suam, ***et seducet gentes,***[e] a Christo et[f] ad se aducet, ***que sunt super quatuor angulos terre***, id est de omnibus[g] partibus mundi, ***Gog***, id est ⌜[i]tectos id est[h] occultos[i]⌝ et latenter inpugnantes doctrinam Christi, ***et Magog***, id est detectos iam aperte |*B 202ra*| persequentes[j] defensores ewangelice veritatis, ***et congregabit illos***[k] ***in***[l] ***prelium*** scilicet[m] adversus doctrinam Christi et apostolorum, ***quorum numerus est sicud arena maris,***[n] ⌜[o]pre multitudine et ⌜[p]sterilitate[o]⌝ ab omni[p]⌝ opere fructuoso, quia[q] sicut superius patuit iam multo plures sunt ex parte Antichristi quam[r] Christi; ***(Rv 20:8) et ascenderunt,***[a] superbiendo, ⌜[b]***super altitudinem***[b]⌝ ***terre***, id est omnium dominorum terrenorum, ⌜[c]quia nulli[c]⌝ Domini seculares ita superbiunt ⌜[d]et hoc eciam[d]⌝ de bonis pauperum ⌜[e]sicut Papa Romanus, cardinales et alii prelati ecclesie[e]⌝, ***et circuierunt***[f] ***castra sanctorum,***[g] veritatem ewangelicam defendencium ⌜[h]ipsis nocere multipliciter querendo[h]⌝; et dicuntur ewangelii defensores, ***castra*** quia semper parati ad oppugnandum[i] errores Antichristi et suorum, nec superantur propter aliquem insultum ipsis factum a Dyabolo et membris suis[j], ***et circuierunt***[k] ⌜[l]***civitatem dilectam***[l]⌝, id est eorum doctrinam[m] testimonio omnium sanctorum roboratam[n] ut eam impugnent quamvis non prevaleant[o]. ***(Rv 20:9) Et descendit*** ⌜[a]***ignis*** fervoris[a]⌝ caritatis et doctrine ewangelice, ***a Deo*** quia nisi specialiter inspirati a Deo altitudines[b] secretorum[c] scripturarum aperire non valerent, ***et devoravit***[d], eorum adversarios tam auctoritate divinorum quam racione superando. ⌜[e]Et sic finitur tercia pars ⌜[g]ultime[f] partis[g]⌝ huius sexte visionis[e]⌝. ***Et Diabolus.***[h] Hic incipit quarta pars in qua agitur de finali ipsius[i] Diaboli damnacione. Unde[j] ait: ⌜[k]***Et Diabolus qui seducebat***[k]⌝ ***eos***, scilicet Antichristum, apostolos et fautores suos[l], ***missus est in stagnum ignis et sulphuris***[m] ***ubi***[n] ***bestia***, ⌜[o]id est Antichristus[o]⌝, ***(Rv 20:10) et pseudoprophete***[a], ⌜[c]et sui ⌜[b]precones et procuratores[b]⌝ negociorum suorum[c]⌝, ***et***[d] ***cruciabuntur die,***[e] respectu glorie sanctorum, ***et***[f] ***nocte***[g] penarum infernalium, ***in secula seculorum***, id est sine termino. Et sic patet quod ⌜[h]homines valde timerent[h]⌝ favere Antichristo et apostolis[i] suis eos[j] in quocunque errore fovendo quia simul erunt in pena eterna et omnium aliarum[k] quo[l] ad sensum gravissima in inferno[m]. ***(Rv 20:11) Et vidi*** |*B 202rb*| ***tronum***[a]. ⌜[c]Hic incipit ⌜[b]quinta pars[b]⌝ principalis huius sexte[d] visionis in qua agitur de mundi destruccione ad maiorem penam inpiorum[e] quia valde grave erit eis videre[f] destruccionem edificiorum[g] magna diligencia et sumptuositate ⌜[h]ab eis[h]⌝ constructorum et per consequens ipsis maxime erit[i] penale videre destruccionem illam qui[j] in huiusmodi edificiis[k] curiosis et sumptuosis se pre ceteris delecatabant cuiusmodi novit totus mundus esse fratres. ⌜[l]Si dicant se in hiis non delectari, non est eis fides adhibenda ⌜[m]quia certum[m]⌝ est quod in eis non delectatur Deus cum sint manifeste contra professionem[n] suam altissime paupertatis ⌜[o]et contra[o]⌝ inhibitum[p] fundatorum suorum; de hiis qui veros advocatos habent fundacionis sue ut de predicatoribus et minoribus. ⌜[q]Et propterea[q]⌝ Carmelite et Augustinenses, non est[r] mirum si fundamenta firmiora edificciorum[s] statuunt in terris qui fundamentis sectarum suarum carent in celis et tamen ex vi altissime paupertatis quam se dicunt profiteri cum aliis ad utilitatem et asperitatem omnium eis pertinencium una[t] cum ceteris obligantur. Unde quo ad omnes sectas mendicancium referam[u] quod habetur in cronicis Fratrum Minorum quomodo precibus beati Francisci cecidit ecclesia eorum apud Parisius usque ad tabulatum[v] quia pro sua magnitudine statui fratrum non conveniebat; ubi[w] in continenti hii duo versus inscript sunt[x]: ⌜[y]*Gracia divina*[y]⌝ *docuit presente ruina quod contentus homo* ⌜[a]*sit brevior*[z] *domo*[a]⌝,[b] quare[c] autem[d] nunc orare cessat ut cadant edificia sua[e] multo magis sumptuosa et spaciosa, non est racio nisi quia ipse iam[f] olym de eorum correccione[g] speravit[h]. Qualia autem essent[i] eorum edificia ipse beatus Franciscus ostendit cuidam ⌜[j]sibi devoto[j]⌝ fratri Roberto |*B 202va*| ⌜[k]de Slapscon[k]⌝: ⌜[l]*Domus*, inquit[l]⌝, *fratrum debent*

*esse ex virgis in luto et* ⌜[m]*fimo site*[m]⌝; cuius[n] voluntati conformantes se fratres moderni[o] qui olym tronis[p] regalibus et altaribus fuerat exquisitus et preciosus ipsum marmorem iam[q] ⌜[r]suis pedibus[r]⌝ substernebant[s]. Si dicant[t] ⌜[u]⌜[v]se hec[u]⌝ facere ut alliciant[v]⌝ ⌜[w]sibi hominum[w]⌝ affeccionem carnalem; dico ⌜[x]autem spiritualem[x]⌝, non spiritualem ⌜[y]quia hanc[y]⌝ nemo sensatus eis[z] sciet[a] pro transgressione fundacionis sue, sed pro eius observancia in sua puritate; carnalem ergo intendunt ⌜[c]allicere[b] affeccionem[c]⌝ intuencium edificia[d] sua ⌜[e]sumptuosa ut[e]⌝ carnales provocent sua cadavera ipsis conmendare[f] non intuitu[g] sepulture quod est opus misericordie, sed pecunie quia adeo operit[h] terra pauper cadaver ut dives, nec ⌜[i]pauperum cadavera[i]⌝ requirunt[j] sed divitum ⌜[k]cum tamen[l] tam in primis quam[m] secundis[n] expletur meritum sepulture[k]⌝, ymmo si meritum ⌜[o]intenderet eo[o]⌝ magis requirerent cadavera pauperum quam ⌜[q]divitum quo[p] meritorius[q]⌝ est curam illius agere sepulture qui sumpto[r] caret[s] quo se[t] sepeliat[u] quam illius qui ex habundancia diviciarum suarum thezauros secum trahit eciam ad sepulcrum[v]. Nam plus meruit Ioseph[w] ab Aromathia[x] sepelliendo ⌜[y]pauperem Christum[y]⌝ in lintheaminibus[z] quam omnes illi[a] qui cadaver Allexandri Magni[b] auro[c] condebant et lapidibus preciosis. ⌜[d]Istius modi hominibus Ieronimus in fine vite Pauli primi heremite illudit in hec verba: *Libet*, inquit, *in fine opuscoli interrogare eos qui patrimonia sua ignorant, qui domos marmoribus vestiunt, qui suarum villarum insinuant precia, hinc*[e] *seni nudo*[f] *quid unquam defuerit; vos gemma bibitis, ille concavis*[g] *manibus* ⌜[h]*nature satisfecit*[h]⌝; |*B 202 vb*| *vos in tunicis auro textis, ille nec vilissimi quidem mancipii*[i] *vestri indumentum*[j] *habuit. Sed e contrario illi pauperculo paradisus patet, vos auratos gehenna suscipiet*[k]; *ille Christi vestem nudus licet servavit, vos vestiti sericis indumentum*[l] *Christi perdidistis; Paulus vilissimo pulvere opertus*[m] *iacet*[n],[o] *resurecturus in*[p] *gloria*; *vos operta saxis sepulcra premunt cum vestris operibus arsuros. Parcite*, inquit, *queso, parcite saltem diviciis quas amatis.* ⌜[q]*Cur et mortuos vestros*[q]⌝ *auratis obvolvitis vestibus? Cur ambicio inter luctus lacrimasque non cessat an*[r] *cadavera divitum nisi in serico putrescere*[s] *nesciunt? Obsecro quicumque hoc legis ut Ieronimi peccatoris memineris cui si Deus opcionem daret multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius quam regum purpuras cum regnis suis.* Hec Ieronimus. Est enim de cadaveribus sic preciose opertis[t] sicut de sterquilinio nive cooperto[u] qua sole[v] resoluta remanet vile sterquilinium sicud[w] prius, sic ablata ambicione tumulorum[x] divitum iacet ibi cadaver tam[y] vile[z] et horrendum sicut pauperimi[a] hominis solo luto coopertum; et propterea si fratres servarent votum ⌜[b]altissime paupertatis[b]⌝ quam profitentur, hec nobis exemplarent in cadaverem sepulturis non ⌜[c]ambiciones ethnicorum[c]⌝; et cum in hiis apostasiis[d] suis sint obstinati patet quod ipsis maxime penalis erit destruccio mundialis et per consequens ut ex hoc textu patet et glosa[e], plures eorum sunt de numero dampnandorum: habundans[f] hic contra eos est[g] dicendi materia sed conpendio artatus[h] quod ubique in toto isto libro intendo redeo[i] ad textus exposicionem. ⌜[j]Sed est previe[k] advertendum quod[j]⌝ mundus dupliciter attenditur[l] scilicet quo ad naturalia et quo ad artificialia que omnia in sua elementa |*B 203ra*| igne conflagrata[m] revertuntur et sic destruentur quo ad naturalia sua sola ea que sunt infra speram[n] activorum et passivorum scilicet quatuor[o] elementorum, non substancialiter quidem ⌜[p]aut quantitative[p]⌝ quo ad eorum quantitatem essencialem sed ⌜[q]tamen qualitative scilicet[q]⌝ purgata igne conflagracionis ab omni corrupcione ⌜[r]aut accione[r]⌝ alia secreta ut in aquis erunt inmutata. Et et hec est sentencia Augustini vicesimi primi[s] *De Civitate Dei*, huius glose[t] et omnium theologorum qui ⌜[u]sunt approbati[u]⌝[v] scribencium in ista materia; racio autem quare ista inferiora sic erunt inmutata et non superiora scilicet[w] ea que sunt essencie quantitate est quod ista inferiora frequenter corrunpuntur ad corrupcionem hominum in eis peccancium. Superior vero essencia racione sue puritatis in conposicione[x] sua primeva a Deo ab huiusmodi infeccione[y] corrunpente[z] penitus est inmunis⌝[d]⌝. Dividitur autem textus[a] in tres[b] partes principales ⌜in quarum[c]⌝ prima agitur de celi aerei

et terre inmutacione[d]; in 2ª de ⌜[e]corporum humanorum[e]⌝ resureccione[f]; in 3ª de omnium inpiorum[g] finali[h] dampnacione. ⌜[i]Quo ad primum dicit[i]⌝: ***Et vidi thronum magnum***[c]⌝,[j] ⌜[k]totum mundum[k]⌝ beatorum in quo quiescit Deus, ***candidum***, per[l] inpassibilitatem et inmortalitatem iam effectum, ***et sedentem super eum***, id est Christum, in numero eorum quiescentem sibi in eis complacendo, ***a cuius conspectu***, scilicet[m] in iudicio finali, ***fugit terra***,[n] purgata a qualibet infeccione[o] sua[p] ⌜[q]et corrupcione[q]⌝, ***et celum***, scilicet aereum eciam purgatum et inmutatum ⌜[r]qualitative[s] quia[r]⌝ sicud sole adveniente fugantur tenebre sic[t] Christo apparente in gloria fugabitur omnis infeccio elementorum corrupcionis noxie, ***et locus non est inventus*** ⌜[u]***ab eis***[u]⌝, scilicet secundum priorem statum quia tunc cessabunt omnes inmutaciones celi et ⌜[v]terre tam substanciales quam accidentales et vices[v]⌝ temporum. ***(Rv 20:12)*** ⌜[a]***Et vidi mortuos***[b]. Hic incipit 2ª pars dicens[a]⌝[c]: |*B 203rb*| ***Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes***, id est corporaliter resurgentes, ***in conspectu throni*** quia sancti conspicient et discernent merita singulorum, ***et libri aperti sunt***, id est consciencie singulorum que omnibus aperte erunt. ***Et alius liber***[d] ***apertus*** ⌜[e]***est qui***[e]⌝ ***est liber***[f] ***vite***, id est Christus qui tunc vitam eternam dabit suis et in cuius presciencia scient[g] mali incorrigibiles, se non predestinatos ad vitam quam in mundo existentes sibi faciliter[h] promittebant[i]. ⌜[j]*Deus*, inquiunt[j]⌝, *non wlt perdere quos tam care redemit*. Et si de[k] predestinatis loquantur[l] qui redempti sunt efficaciter a Christo verum dicunt; ⌜[m]si autem de seipsis hec dicunt[n] nolentibus se avertere a ⌜[o]peccatis suis[o]⌝ falsum dicunt quia nullus talis est particeps redmpcionis Christi; et sic ⌜[p]eos Christus[p]⌝ non redemit; possent[q] tamen esse participes illius redempcionis si vellent se avertere a peccatis suis et perseverare in bono; et si nolunt ipsi sunt causa perdicionis[r] sue, non Deus[m]⌝. Exemplum: do tibi centum libras si perficias negocium meum, non do autem si nolis[s]. ⌜[t]Pari formiter[t]⌝ sic est de redempcione Christi quo ad omnes, ⌜[u]et[v] propterea iusti sunt participes redempcionis Christi[w], ⌜[x]quia[y] perficiunt ea que Christus eis perficienda precepit sub obtentu participacionis redempcionis sue; iniusti vero non sunt participes redempcionis sue[zx]⌝ quia necessaria[a] ad obtentum huius redempcionis perficere contempnunt[u]⌝. Unde Augustinus in Omelia[b]: *Quantum*, inquit[c], ⌜[d]*in medico*[d]⌝ *erat*,[e] ⌜[f]*Christo salvare venit egrotum sed ipse se perimit quia precepta medici servare non wlt*[f]⌝. Hec Augustinus.[g] ⌜[i]***Et iudicati sunt mortui***[h], id est mali sunt condempnati, ***ex hiis***[i]⌝ ***que scripta sunt***[i]⌝ ***in libris***, quia tunc consciencie eorum dictabunt eis quod finaliter dampnabuntur, ***secundum opera eorum***[k], quia |*B 203va*| aliis dabitur minor pena, aliis[l] maior pro differenciis meritorum. ***(Rv 20:13) Et dedit mare mortuos***[a] ***suos***[b] ***qui in eo erant***[c], per quod aperte ostendit corpora mortuorum quantumcumque[d] ⌜[e]fuerint disiecta[e]⌝, eciam a ⌜[f]piscibus maris[f]⌝ devorata, in ⌜[g]illo iudicio[g]⌝ vivificari quod quidam hereticorum[h] non putabant, ***et mors***, id est Dyabolus, ***et infernus***, id est locus sepulture cadaverum[i] in visceribus terre; ⌜[j]***dederunt mortuos suos***, ex quo patet scilicet ex eo quod Dyabolus in illo iudicio reddet mortuos suos quod aliqui iam sunt cum eo scilicet in anima in inferno quod eciam quidam hereticantes non putant, credentes se apocrifis sompniorum[k] quorumdam ut est illud ⌜[l]*De spiritu*[l]⌝ *Gwidonis*, de Monacho de Nesham[m] et de aliis fabulis et mendaciis que fratres populo recitant pro colligendis pecuniis relinquentes veritatem huius scripture et aliarum que plurium dampnacionem ante iudicium finale tradunt expressam iuxta illud ewangelii: *qui non credit*, id est finaliter credere renuit, *iam iudicatus est*, id est condempnatus secundum omnes; ***mors ergo et infernus***[j]⌝ ***dederunt mortuos suos***[n] ***qui in ipsis erant et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum***; ***(Rv 20:14) et infernus***, id est profundi ⌜[a]in viciis sicud est Antichristus[a]⌝ et apostoli sui, vel: methonimice[b] continens pro contento, ***et mors***, id est Dyabolus, ***missi sunt in stagnum***[c] ***ignis***, ⌜[d]id est[d]⌝[e] dampnacionis[f] infernalis. ***Hec est mors secunda***, ⌜[g]hec est[h] tercia[i] pars huius ultime partis[g]⌝[j]; ⌜[l]***hec est***[k], inquit, ***mors secunda***[l]⌝ quia prima est corporis[m] sive in[n] peccato, hec est in corpore et anima simul, et eterna pena pro peccato. Quasi diceret: Cavete vobis a morte prima quia ex illa prima ⌜[o]in[p] peccato[o]⌝ finalis

inpenitencie sequitur[q] hec secunda[r]. ⌜[s]***Hec est*** ergo ***mors secunda***[s], ***stagnum***[t] ***ignis*** id est pene infernalis[r]⌝ ***(Rv 20:15) Et qui non est inventus in libro vite***[a],[b] secundum |*B 203vb*| predestinacionem, ***missus est in***[c] ***stagnum ignis***, id est refrigerio vite celestis privatus[d] sine fine. Et sic finitur sexta[e] visio huius[f] prophecie.[g] ⌜[i]Queruntur[h] hic aliqua. Utrum erit laus vocalis in patria[j] et quod sit. Videtur frequenter[k] innui in dicta visione in qua Iohannes testatur se sanctos audisse canentes alleluia. Similiter sicut ⌜[l]beatorum corpora[l]⌝ erunt[m] renovata[n] in resureccione, sic et nove eorum muse vocum formative[o] nec erunt inpedita quin poterint vocaliter resonare si velint, quia[p] non essent perfecte beati, ergo non videtur quin sancti poterint laudes vocales Deo canere[q] in celis si voluerint. Ad oppositum est. Quia non est aer in celo cuius refraccio esset[r] necessaria ad formacionem[s] vocis sicut experitur; similiter unusquisque sanctorum ibi[t] clare intuebitur voluntatem Dei sui quam iucundius[u] est exsequi mentaliter et agilius quam vocaliter resonando melos, ergo conveniencius videtur quod ibi laus Deo solvatur mentaliter quam vocaliter. Multe alie[v] raciones possent duci pro utraque parte. Sed dico breviter[w] ad questionem quod neutra pars potest aliqua racione humana ostendi probabilius, tamen est quod ibi erit laus vocalis quam non erit, sicut probat Crisostomus in *De confessione* ⌜[x]*laudis*[y] requisita[x]⌝ hic in via per hoc quod non solum cor sed eciam lingwa in laudem Dei sunt creata. Ad primum in oppositum cum assumitur quod non est ibi aer, aliquibus[z] placet quod ibi erit miraculosus vel unicuique ⌜[a]connaturalis quam loquitur[a]⌝ ad loquelam. Sed ego dico quod consquencia non valet: non est ibi aer, ergo nec vox, quia ibi poterunt corpora glorificata resonare sine aeris refraccione quam[b] eciam possunt ibi vivere sine eiusdem atraccione[c], |*B 204ra*| et proptera sequi[d] philosophos naturales in talibus qui nesciunt loquelam aut vitam nisi in statu miserie penes quem[e] dederunt diffiniciones loquele et vite, et talium est a ⌜[f]veritate theologica[f]⌝ declinare et vanitati evanescencium in cogitacionibus suis se conmittere quod adhuc manifescius patebit in ultima questione. Secunda racio nichil est quia quamvis sit facilius et placabilius Deo canere mentaliter quam vocaliter, tamen utroque modo simul canere ubi neuter[g] modus per alium inpeditur sicut erit in celo et est in[h] multum devotis hic in terra est Deo accepcius quam ⌜[i]aliquo dictorum modorum[i]⌝ per se. Secundo queritur[j] super illo textu: ***Cecidi ut adorarem, etc.***: Utrum ymagines metalline, lignee seu lapidee, etc., que eriguntur in ecclesiis sint adorande. Dico quod non, nec est[k] questio nisi propter cupidinem sacerdotum a quibusdam pseudodoctoribus collorata[l] quia nec dulia adorande sunt aut iperdulia, latria vel ydolatria, ymmo omnis talem ymaginem adorans[m] ⌜[n]si non erat ante ipsam adoracionem[n]⌝ ydolatra est effectus[o]; sed venerande sunt, inquiunt; quomodo? quero ab eis: quidam dicunt, intuitu eorum quorum sunt ymagines. Quero ulterius cuiusmodi est illa veneracio quam dicunt eis exhibendam. Si dicant ⌜[p]esse oraciones[p]⌝, genuflexiones, tunsiones[q], oblaciones, luminarium accensiones que fiunt coram[r] ymaginibus illis, sacerdotes Baal aut Belfegoor[r] aut Belzebub nunquam expressiorem ydolatriam docuerunt, quia hec est ydolatria cultum soli Deo vel sancto[s] debitum ydolo exibere, cuiusmoodi sunt oraciones ille et cetere devociones coram ymaginibua talibus facte; et propterea dico catholice quod nihil tale est ⌜[t]huiusmodi ydolo[t]⌝ exhibendum, nec miraculum ⌜[u]facit ⌜[v]aut[u]⌝ loquitur[v]⌝ aut oculos levat, |*B 204rb*| sicut[w] false fingitur ab istis modernis propter questum. Si autem voces a talibus ymaginibus aliquando legantur dilapse[x], hoc dictum est secundum apparenciam, non secundum rei veritatem quia aut Deus aut angelus aut homo sanctus tale reddit oraculum non ymago iam mortua. Si autem sit illusio ut de mulis est[y] visum, tunc ⌜[z]talis vox[z]⌝ aut est Dyaboli aut alicuius ribaldi se abscondentis a tergo; hoc ec iam nonnunquam mercede conducti pro pecunia ab infatuato[a] populo extorquenda[b] sicud publice diwlgatur[c] de[d] quibusdam Flandrensibus[e] Londonis[f] ⌜[g]apud locum sancti[g]⌝ Iohannis longe a sancto Iohanne ⌜[h]se insanire[h]⌝ simulantibus propter oblacionem consuetam ibidem continuandam, et propterea oraciones coram[i] huiusmodi[j] ymaginibus fuse ⌜[k]et alia[k]⌝

coram[l] eis exhibita causa devocionis, si recte fuerint non illis exhibentur, quod absit, sed sanctis propter quos presentandos in ecclesiis statuuntur; sed quia ⌜[m]sic statui[m]⌝ ad presentacionem sancti est quedam veneracio sicud de alia parte ligni[n] furcas vel latrinam facere quedam dehonoracio, hec veneracio placet sed alia nullomodo. Tercio queritur quomodo[o] Deus potest iuste penam infinitam infligere pro peccato solum finito. Michi non videtur maior racio in[p] questione quam si querere[q]: quomodo Deus iuste infinite premiat[r] pro merito solum finito. Proposuit enim Deus omnibus nobis suplicium et premium ut quod quisquis elegerit[s] habeat aut eternaliter dolere[t] cum Dyabolo aut perpetuo gaudere cum Christo. Si queras[u] causam huius respondet Apostolus: *O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid*[v] *dicit figmentum ei qui se finxit*[w]*: quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud*[x] *in contumeliam?* Aliter tamen dicunt doctores |*B 204va*| quod ideo Deus iuste dampnat eternaliter pro peccato finito quia est infinitum in[y] intencione quia nullus dampnabitur nisi qui si diucius viveret, diucius peccare vellet. Potest dici 3[o][z] scolastice quod peccatum dampnandi est infinitum quia cum[a] finali inpenietncia continuatum, tam ⌜[b]ante mortem[b]⌝ ⌜[c]quam in[c]⌝ morte[d] quam eciam post mortem quia sentencia Augustini est quod dampnati libenter reddirent[e] ad voluptates suas si vallerent[f] et illa erit ⌜[g]eis gravissima[g]⌝ eis pena cum viderint quod non possunt[h]. Quarto queritur super illo textu ⌜[i]*Habet in vestimento*[i]⌝ *et in femore suo scriptum rex regum et dominus dominancium*.[j] Utrum Christo iure hereditario pertinebat regnum David temporale, et quod non videtur quia[k] ipse dicit quod *regnum suum non est de hoc mundo*; sed regnum David temporale fuerat de hoc mundo, ergo sibi non pertinebat regnum David temporale. Similiter si Christus erat verus heres secundum[l] carnem regni David et populus volebat[m] eum facere regem actualiter regnantem in regno David et ipse fugit in montem ne hoc permitteret fieri, ergo protinus amisit possessionem; patet consequencia per Iustinianum[n] *De rerum divisione*, ubi habetur quod[o] *si*[p] *in fundo*[q] *sis et eum possidere nolueris, protinus amittis possessionem*, ergo questio falsa. Pro[r] brevi responsione in ista materia pono unicam conclusionem cum sua probacione[s] que est hec: Cristus non solum iure hereditario secundum[t] carnem fuit verus heres regni ⌜[u]temporalis David[u]⌝ sed eciam titulo innocencie habuit secundum humanitatem assumptam[v] verum dominium omnium terrenorum. Prima pars sic probatur. Ioseph[w] vir Marie fuit iure hereditario verus heres regni David et Christus fuit filius eius legalis secundum carnem; nec ipse Ioseph[x] plures filios aut filiam aliquam habuit quia virgo obiit secundum Ieronimum *Contra Elvidium*. Ergo Christus vivens post mortem patris sui Ioseph[y] legalis, |*B 204vb*| sicut[z] eciam tradit Ieronimus ubi supra, iure hereditario fuit verus heres regni David[a] temporalis secundum[b] carnem. ⌜[c]Primo probo maiorem et post eam in predicacione[d] minoris patebit probacio[c]⌝ consequencie. Ad probacionem ergo maioris arguo sic: Ioseph secundum lineam rectam descendit a David sicut patet in genealogia multiplici et ipse non forefecit racione cuius amitteret ius suum hereditandi regnum illud, ergo quamquam aliquis illius linee precedens eum derogavit iuri suo, non minus ius hereditarium regni temporalis David in ipso[e] remansit. Confirmatur racio sic: non obstante quod Yeconias[f] qui[g] ultimo de stirpe David regnavit in Ierusalem purus homo sic forefecit quod merito amisit regnum suum, tamen Zorobabel nepos suus iure hereditario obtinuit ducatum populi revertentis a transmigracione in terram suam, sicut patet Neemie ⌜[h]VII ca[o][h]⌝, sed quoniam nonobstante derogacione avi sui Ioachim iuris regni obtinuit populi ducatum iure hereditario tam sibi conpetebat nonobstante eadem forefaccione et ius regni quioniam idem est[i] ius utrobique[j]; ergo pariformiter Ioseph vir Marie nonobstante eadem derogacione iuris regni temporalis patris sui David. Nunc arguitur minor pro ista parte quod Christus fuit filius Ioseph legalis secundum carnem[k] quia alie due partes prius patuerunt ⌜[l]ex testimonio[l]⌝ Ieronimi *Contra Elvidium*[m], unde ad illam partem arguo sic: beata virgo Mater Christi fuit legittima uxor

ipsius Ioseph[n] quando ⸢[o]Christum concepit[o]⸣ et peperit[p] sed Christus fuit legitime natus et conceptus, ergo nonobstante quod Ioseph[q] non cognovit uxorem suam, partus ventris Marie fuit sibi ascribendus de lege et Christus fuerat filius eius vere ⸢[s]secundum[r] legem[s]⸣ reputandus[t]. Confirmatur racio ex lege generaliter; ex lege Moysi[u] |*B 205ra*| fructus ventris suscitatus fratri defuncto ex relicta erat filius aut filia sua legalis quamquam ⸢[v]ab eo non[v]⸣ generatus sed a fratre suo uxorem suam ducente post mortem; ergo non obstante quod Ioseph[w] non cognovit ⸢[x]Mariam coniugem suam[x]⸣, partus ventris uxoris[y] sue legittime conceptus et natus fuit filius suus legalis. Item nisi Christus fuisset filius Ioseph[z] legalis, hoc non erat nisi quia non[a] ab eo sed a Spiritu Sancto generatus, et per consequens Spiritus Sanctus inpregnando Mariam ipsi Ioseph[b] iniuriam legis irrogavit quod non est dicendum ymmo hereticum, cum sic incarnacio Christi ab iniuria legis[c] inchoasset qui ⸢[d]non venerat[d]⸣ legem solvere sed implere; ergo quidquid iuris erat quare partus ventris fratris defuncti a fratre vivente generatus erat filius suus legalis, habuit et Ioseph[e] ex lege qua Christus fuit filius eius legalis[f] reputandus, sed quam generale est ex lege quod filius suscitatus fratri defuncto fuerat filius suus legalis, tam generale est ex lege quod succedat in hereditatem fratris defuncti. Cum ergo Ioseph fuit verus heres regni David Christus filius suus legalis secundum carnem in idem regnum vivens[g] post mortem patris sui iure hereditario succedebat. Ad idem arguitur sic[h]: de genealogia Christi tamen duas lineas habemus in scripturis quarum una descendit a David per Salomonem filium suum usque ad Ioseph[i] et est linea regalis secundum[j] Matheum; alia eciam a David per Natan eciam[k] filium David usque ad Heli[l] patrem Ioseph[m] legalem et est linea sacerdotalis secundum[n] Lucam. Pater autem Heli fuit Levi ex cathena dicti Natan[o] filii David sicut patet in eadem genealogia Luce qui Levi[p] secundum[q] Iohannem Damiani in *Sentenciis* suis et[r] ex vita beate Virginis quam conpilavit frater Thomas Halis et omnes alios scribentes |*B 205rb*| in ista materia genuit Melchi[s] et Panthera[t], Panther genuit Barpantria[u] ita denominatum, qui Barpanter[v] genuit Ioachim, Ioachim[w] autem genuit sanctam Dei genitricem. Ergo dato[x] per adversarium quod ius regni David spirasset ⸢[y]in toto[y]⸣ de linea regali[z] illud statim iure hereditario devolvetur ad lineam sacerdotalem, cum eque legittimus filius David fuit ipse Natan[a] sacerdos sicut[b] Salomon[c] rex Israel, ipso adhuc vivente unctus et constitutus; sed beata Virgo fuit legittima filia stirpis regalis et sacerdotalis, ut iam patet, descendendo a Natan filio David usque ad Ioachim[d] fratrem suum, ergo quamquam in aliis sive linee[e] regalis sive sacerdotalis spirasset non minus ius hereditarium regni Israel, in beata Virgine remansisset, sed Christus fuit filius suus naturalis et legitimus[f], ergo sibi regnum Israel ⸢[g]secundum carnem[g]⸣ eciam iure hereditario iuris conpetebat. Tercio[h] sic[i] ad eandem partem conclusionis 2[i][j] ⸢[k]Regum septimo[k]⸣ et primi Paralipomenon[l] XVII[o][m] sit[n] repromissio David de semine suo regnaturo super Israel usque in sempiternum, et hoc sive ⸢[o]semen suum[o]⸣ peccaret sive non peccaret sicut eciam patet in Psalmo. Sed ⸢[p]si a[p]⸣ tempore Ieconie[q] ut adversarii volunt spirasset ius hereditarium regni[r] Israel usque modo non fuisset regnum illud perpetuum semini David, ymmo multum breve respective ex quo a David usque dictum Ieconiam[s] non fluxerunt quadringenti anni, ut ergo non sit irrita promissio Dei tam ante dictum Ieconiam[t] quam post ius hereditarium regni Israel semini David perpetuo[u] remansit. Quod autem dicta repromissio David sit de regno temporali scilicet Israel ⸢[v]super quod[v]⸣ ipse David temporaliter regnavit, quod quidam[w] nituntur declinare[x], probatur tripliciter. Primo ex ipso textu 2[i][y] Regum VII[o] ⸢[z]ubi datur[z]⸣ dicta promissio: *Cumque*, inquit, *con*|*B 205va*|*pleti fuerint dies tui et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te quod egredietur de utero tuo et firmabo regnum eius. Ipse edificabit domum nomini meo et stabiliam thronum regni eius usque*[a] *in sempiternum*. *Ego ero ei in patrem et ipse erit mihi in filium qui si inique aliquid gesserit arguam eum in virga virorum et in plagis filiorum hominum, misericordiam autem meam non auferam ab eo sicut abstuli a Saul* ⸢[b]*quem amovi*[b]⸣ *a facie mea*. Ex qua auctoritate patet

quod eidem[c] conpetebat repromissio iuris hereditarii regni David cui et correpcio pro peccatis quod de Christo quamvis sibi ex eadem promissione iure originis naturalis ius hereditarium regni Israel conpetebat intelligi non potest; sed Salomon ex[d] dicta promissione nullum ius habuit alicuius regni nisi temporalis, ergo ex dicta promissione plane[e] habetur quod ius hereditarium regni temporalis Israel fuit sempiternum. Similiter nisi dicta repromissio facta semini David fuisset de perpetuitate regni Israel temporalis[f] neque filius Salomonis Roboam nec[g] aliquis de posteritate[h] sua habuisset ex dicta promissione titulum[i] vendicandi[j] regnum Israel temporale iure hereditario quod est manifeste falsum et hereticum, quia tunc cum[k] eleccione populi non preficiebantur reges Israel nec iure hereditario regnabant secundum viam istam; sequitur quod omnes reges Israel a Salomone usque Ieconiam[l] tirranice[m] et[n] contra legem[o] occupassent regnum Israel temporale quorum tamen tam Iosaphath[p] quam Iosias[q] aput ecclesiasticum cathalogo[r] sanctorum sunt ascripti. Similiter non erat ⌜[s]David regnum[s]⌝ spirituale Israel conferre Christo sed econtrario quia David in fide Christi solutus[t] est, non Christus in fide David, ergo dicta repromissio perpetuatis regni |*B 205vb*| Israel facta[u] semini David non est de regno Christi spirituali quia hoc a Christo traducitur ad David sicut ad omnes electos; sed de regno Israel temporali traducto per semen David ad Christum. Nunc assummo[v] sic[w]: illud idem ius habuit Christus in regno David temporali virtute dicte promissionis quod quisquam habuit ex semine David quia secundum omnes ista repromissio eciam ad literam spectat ad Christum sed plures[x] seminis David habuerunt verum ius hereditarium in dicto regno temporali, ergo hoc idem habuit et Christus. Ad secundam partem scilicet quod Christus titulo innocencie habuit secundum humanitatem assumptam[y] verum dominium omnium terrenorum; arguo breviter sic. Isto titulo habuit[z] primus parens dominium omnium terrenorum, patet ex Genesis primo caº[a], et habuisset usque ad translacionem suam ad paradisum celestem, servata iusticia originali, sed istum eundem titulum innocencie habuit Christus, ergo si titulus iste sufficiebat primo parenti, sufficiebat et Christo pro dominio omnium terrenorum. Forte dicitur quod ⌜[b]ex hoc non sequitur quod[b]⌝ habuit in effectu dominium illud nec pars[c] ista conclusionis quamvis hoc verum sit quod habuit sicut inferius patebit in responsione hoc requirit[d]; sed sufficit pro veritate istius partis ⌜[e]quod dominium[e]⌝ istud habuit habitualiter titulo innocencie sive iure poli quoniam in filiis hominum solus iustus est inventus tam ab[f] actuali quam[g] originali culpa, ergo ipse solus iure poli habuit verum titulum vendicandi dominium omnium terrenorum; patet consequencia quia si quis sit iniustus non habet potestatem vendicandi sibi aliquid iure poli, et si sit iustus habet, ergo iustus simpliciter et pure habet titulum vendicandi quidquid iure illo debetur. Hic fuit Christus, ergo ipse titulo sue innocencie sive iusticie originalis fuit verus Dominus saltem in habitu omnium terrenorum. |*B 206ra*| Et arguo breviter quod eciam in actu in de vera innocencia ubi wlt Augustinus quod Christus quo ad semetipsum recuperavit perfecte statum innocencie quo ad omnia que individuum humanum concernunt, non speciem sed primus[h] parens pro statu innocencie habuit in precepto quod haberet actualiter dominium omnium terrenorum, ergo idem dominium Christus actualiter recuperavit,[i] dixi quo ad ea que individuum humanum concernunt, non speciem sed generacio carnalis qualis fuisset in statu innocencie ad multiplicacionem speciei Christo non conpetebat. Arguitur tamen contra primam partem dicte conclusionis sic: Ieremie 22[j] de ⌜[k]Yeconia filio Yohemi[k]⌝ sicut habetur: *Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur nec enim erit de semine eius vir qui sedebat[l] super solium David et potestatem habeat[m] in Iuda*; sed Christus fuit de semine Ieconie[n], ergo non sedebat super solium David temporale. Contra secundam partem sic arguitur. Si Christus titulo innocencie habuit dominium omnium terrenorum, ergo eodem titulo habuit et inmortalitatem quia titulo isto tam posse non mori debebatur[o] primo parenti quam dominium omnium terrenorum.

Ad ista respondeo et postea ad argumenta ⌜[p]contra conclusionem[p]⌝. Sequitur ⌜[r]eciam tunc cum[q] Papa[r]⌝ sit vicarius Christi in terris quod ipse titulo patroni sui Christi haberet dominium omnium terrenorum. Ad primum dico quod prophecia illa non intendit excludere omnes de semine Iaconie[s] a iure hereditario regni Israel temporalis sed quod de semine eius post eum nemo ⌜[t]actualiter ibi[t]⌝ regnaret usque ad Christum. Unde Ieronimus in conmentario suo *super Ieremiam* Lio 4to querit: ⌜[u]*Quomodo cum predicta*[u]⌝ *potest stare quod* ⌜[v]*Gabriel promisit angelus*[v]⌝*, cui respondet: Non sedebit quidem super tronum David vir* |*B 206rb*| *et homo; simpliciter tantum sedebit*[w] *tamen homo Deus et regnum eius non erit terrenum et breve* ⌜[x]*ut fuit David sed perpetuum et celeste*. Hec ille. Nec moveat quod Ieronimus dicit quod regnum Christi non erit terrenum et breve[x]⌝ quia per hoc non intendit quod nullum habeat regnum[y] temporale sed quod perpetuo manebit quia ipse eciam iam[z] in celis est verus rex Israel secundum[a] carnem, alioquin non fuisset questio sed vana[b] equivocacio quam monebat Ieronimus quomodo[c] dicta prophecia et promissio Gabrielis concordarent si promissio Gabrielis fuisset de regno spirituali et prophecia de regno temporali et propterea quale regnum intellexit Propheta, intellexit et angelus, sed certum est quod Propheta intellexit de regno temporali alioquin si de[d] spirituali intellexisset[e] omnes de semine Ieconie usque ad Christum fuissent dampnati, quod nephas est cogitare, ergo eciam de regno temporali intellexit angelus cum dixit: *Et dabit ei Dominus Deus sedem David patris sui, etc.*[f]; si enim per hoc excluderentur omnes de semine Ieconie usque ad Christum a iure hereditario regni temporalis Israel quia non actualiter regnaverunt, eo ipso quod tyrannus[g] occuparet regnum alicuius ⌜[h]heredis regni[h]⌝ amitteret ius suum hereditarium quod non est verum, ymmo nec prescripcione tollitur regnum[i] alicui iure hereditario[j] debitum sicud pulcherrime declarat ⌜[k]Doctor de Lira[k]⌝ super primum[l] Regum. Ad secundum[m] contra secundam[n] partem. Nego consequenciam accipiendo inmortalitatem ut ⌜[o]est dos[o]⌝ corporis glorificati; extendendo tamen nomen ad posse non mori, concedo quod ⌜[p]sic eam[p]⌝ habuit Christus sicut et primus parens non mori si volebat[q], unde sicut post passionem et resureccionem prebuit corpus palpabile inmortale carni mortali, sic ante passionem servavit dotem corporis cum voluit adhuc existens mortalis scilicet subtilitate[r] nascendo de virgine, agilitatem |*B 206va*| ambulando super mare, claritatem in trasfiguracione et inpassibilitatem in cena quando corpus suum dedit discipulis inpassibiliter manducandum. Racio eciam diversitatis quare titulo innocencie habuit dominium omnium terrenorum actualiter et non inmortalitatem proprie acceptam sicut habuit post resureccionem, est[s] quia unum frequenter actualiter exercebat et exemplavit quod semper habuit in habitu et non reliquum, ⌜[t]sicut cum[t]⌝ misit[u], ut eorum Dominus, principalis pro pullo et asina et de aliis exemplis[v] in ewangelio positis de quibus alias est dicendum. Ad 3m[w] dico quod plane sequitur oppositum quia Papa Romanus neque[x] titulum iuris hereditarii[y] pro regno Israel temporali cum non sit de semine David secundum[z] carnem neque titulum innocencie aut ius poli cum non sit iustus sed Antichristus, pro dominio[a] cuiusquam regni temporalis potest[b] allegare, ymmo hoc habet ex vicariatu Christi quod Christus[c] contulit Petro scilicet relinquere omnia terrena et Christum sequi in nuda paupertate, et si sic faceret certum est quod iure poli sibi deberentur omnia necessaria sive ex decimis ecclesie sive ex oblacionibus sive ex dotacione regum terrenorum, omnia superflua per manus dispensatorum inferiorum ecclesie et ministrorum suorum pauperibus et egenis fideliter largendo, sed quia primum renuit ad quod tenetur ex professione sui status apostolici, merito perdet, et secundum[d] ut apostata infidelis. Ad primum in oppositum conclusionis: quia concedo questionem, dico quod ⌜[e]loquitur ibi[e]⌝ de regno ⌜[f]suo spirituali[f]⌝ scilicet numero electorum quod de hoc mundo redemit ⌜[g]id est de peccatis mundi[g]⌝ cum dixit iam inchoata passione sua: *regnum meum non est de hoc mundo*, scilicet quod hac mea passione veni redimere de hoc mundo, et[h] quod ibi loquitur de |*B 206vb*| regno suo spirituali ⌜[j]testantur[i] Crisostomus ibidem[j]⌝ et

Augustinus. Ad secundum[k] dico quod nemo sane mentis aut vim scripturarum agnoscens legem Iustinianam[l] aut quamcumque humanam pro una parte vel alia duceret[m] introducendam quia tales leges non considerant iura regnorum nisi pro statu miserie de iuribus aut regnorum status innocencie aut[n] glorie cum ad ⌜[o]legum humanarum[o]⌝ conditores non pertineant sed theologos[p] nihil penitus tradiderunt. Et quia Christus in eadem persona simul presentavit statum innocencie, miserie et glorie, artare eum a dominio terrenorum per ea que traduntur iure humano pro solo statu miserie est vanissime equivocare, ambages querere et penitus insavire. Et quia de hiis vita comite[q] lacius alibi disputare propono hec pauca sufficiant ad presens et redeo ad intentum principale⌝[r].

## [Apocalypsis XXI][a]

***(Rv 21:1)*** ⌜[b]***Et***[c] ***vidi***[d], ***etc.***[e] Hic incipit septima et ultima visio ⌜[f]huius totalis[f]⌝ prophecie et continuatur usque in[g] finem libri; agitur autem in ea de innovacione elementorum quorum purgacio dicta est in ⌜[h]precedenti visione, et de glorificacione[h]⌝ sanctorum describendo gradus meritorum per quos sancti glorificandi sunt et locum glorie sub methafora[i] rerum corporalium. ⌜[j]Ubi autem sit locus ille maxime patuit in ascensione Christi elevati omnino supra[k] omne celum de quo philosophi quidquam disseruerunt. Sunt autem secundum eos octo celi quos speras vocant[l], scilicet spera Lune, Mercuris, Veneris, Solis, ⌜[n]Martis[m], Iovis[n]⌝, Saturni, et spera ⌜[o]stellarum aliarum[o]⌝ ⌜[p]supra omnes alias[p]⌝ septem[q] que ⌜[s]octava[r] dicitur[s]⌝ sive orbis stellatus. Astrologi autem adhuc supra[t] omnes iam dictas, quidam pro voluntate[u] sua unam, alii duas, alii tres[v] |*B 207ra*| posuerunt quorum omnium acciones considerabant penes effectus inferiores. Fortunam[w] autem, fatum[x] rerum generabilium et corruptibilium et sic de statu aut loco corporum beatorum, quale fuit corpus Christi post resurreccionem et[y] qualia erunt post finalem resurreccionem omnium sanctorum nihil penitus tradiderunt quia corpora beatorum beatos nullomodo subesse potuerunt passionibus peregrinis quales corpora celestia in istis inferioribus secundum varias eorum elevaciones et comociones causare non cessant, ymmo sic fuit de corpore Christi post resureccionem et[z] erit de nostris post resureccionem nostram iam glorificatis, sicud si quis ⌜[a]incidere vellet[a]⌝ radium solis ut noceret, ⌜[b]sicut si[b]⌝ ⌜[c]in munere[c]⌝ lancee aut gladii transissent per medium corporis Christi tunc glorificati non[d] plus sibi nocuissent quam si quis radium solis incideret aut[e] aerem verberaret quod ipse princeps Peripatethicorum[f] Aristoteles penitus ignoravit. Unde[g] eleganter[h] contra[i] philosophos istos et eorum sequaces adhuc hiis modernis temporibus ipsis[j] vaniores expressum est a quodam sapiente: *Non*, inquit, ⌜[k]*credendum est*[k]⌝ *de celo hiis qui alieni sunt a Patre qui est in celis*. Unde cum Dominus noster Ihesus Christus ascendit in corpore suo glorioso supra celos celorum, ostendit[l] celum beatorum cum eo[m] glorificandorum esse supra celos philosophorum; nec mirum si tunc tam alta sine difficultate ascendant[n] cum iam[o] vapores grossos et ascendere videamus et cum magna agilitate circumferri quia tunc corpora gloriosa non modo vaporibus subtilibus sed ipsis radiis solaribus multo subtiliora et agiliora erunt. Infra eciam in textu ⌜[p]dicitur: |*B 207rb*| *Et civitas*[p]⌝, inquit, *scilicet beatorum, non eget sole neque luna ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminat eam* et per consequens corpora beatorum non modo supra solem et lunam sed supra omnem stellam erunt collocata. Intuere ergo quanta[q] erit claritas corporum beatorum ut sufferre ⌜[r]valeant tantam[r]⌝ claritatem cui claritas solis conparata est nobis intollerabilis recto oculo[s] contemplari, nonnisi tenebra secundum[t] Ieronimum erit reputanda[u]; nam si clara stella, clarior luna, clarissima omnium claritas solis, quanto iam ⌜[v]clarior claritas[v]⌝ nostra futura a qua ⌜[w]claritas singulorum[w]⌝ emanavit. Qualis autem sit locus beatorum futurus quantum per res naturales nobis notas fieri potest infra describitur a Propheta[j]⌝. Quo ad primum ergo[x] de innovacione elementorum dicit[b]⌝[y]: ***Et vidi celum nowum***[z], id est celum aereum innovatum et ad[a] puritatem sue creacionis reductum. ⌜[b]***Et*** ⌜[c]***terram novam***[c]⌝, per ignem, scilicet faciem iudicis precedentem, purgatam[b]⌝. ***Primum enim celum***[d] ***et prima terra abiit***, scilicet a sua qualibet corrupcione[e] prius tracta[f].[g] ***Et mare iam non est*** scilicet[h] secundum priorem statum quia potest probabiliter dici quod tunc ab amaritudine sua quam ex vaporibus adustis per solem et alia ⌜[i]corpora calida[i]⌝ contrahit[j] purgabitur. Nec fluxum aut refluxum pacietur quem iam patitur ex varia mocione crementi et decrementi lune tunc[k] moventis sed[l] stantis in ordine creacionis sue. Et sic ad modum nostrum accipiendi[m] mare tunc non erit mare[n] quia ⌜[p]mare ab amaritudine, qua tunc carebit[o], dictum est, et affluxu et refluxu[p]⌝ quem tunc non pacietur. Et sic de ceteris ⌜[q]aquis est tenendum quia tunc purgabuntur a qualibet |*B 207va*|

